dit vel aliter alienauit vel in alium trāstulit forte titulo one roso: ⁊ per multas tranſiuit manus: per talem autem reuo cationem omnes poſſeſſores fraudarentur ⁊ nōnunq̄ pre cium perderēt cum filius eſſet mortuus abſens vel pauper non valens precium ſoluere. Sanctius ergo eſſet quod tali caſu pater vel mater donans reuocare nō poſſet niſi ex cau ſis ex quibus perfecta donatio inter viuos reuocari poteſt vt. l. fi. C. de reuo. dona. ⁊. v. parti. tit. iiij̄. l. x. vnde iudicet de tertia quantum ad hoc vt iudicatur de quinta que irreuo cabilis eſt quando donatur per viam donationis inter vi uos alicui filiorum acceptanti. quoniā extraneo donare po teſt irreuocabiliter: vt late ſcripſi ſuper. d. l. regni. ⁊ latius meo conſilio incipienti doña maria de gabete ſuper facto de quo. s̄. feci mentionem. vbi inter cetera dicebam illā do nationem quantum ad tertiam fore irreuocabilem ſicut et quintā. quoniam dicebatur facta in remunerationem ſerui tiorum que a filiis recepiſſe dicebatur: de quibus ſi conſta ret ⁊ res erat clara ⁊ ſine aliqua dubitatione: cum† donatio remuneratoria[a] nō ſit proprie donatio: ſed potius permu tatio: vt dixi. s̄. col. ccxxvj. §. limita ſecundo. cum ſequenti bus. vide hodie. l. tauri. xvij̄. ⁊. xliij̄. que ſup hoc diſponūt. Quo caſu etiam rex vel principis donationem a ſe factam reuocare non poteſt: nec priuilegiū quod alicui conceſſit: vt dictū eſt. s̄. co. ccxxxviij̄. ver. ex iſtis inferē. immo nec mo dificare vel conditionare donationem quaz fecit poteſt: vt notanter voluit Bal. conſilio. cclxxvij̄. in principio. incipit pridie conſului. in tertia parte. ſic intelligens ⁊ ampliās. l. perfecta donatio. C. de dona. que ſub modo. vt habeat locū in principe quod tene menti ⁊ alibi non legi. vide Abba. conſilio. iij̄. col. xix. ſecundo volumine. ⁊ ℣Paulus de caſtro conſilio. clxxij̄. colum. x. qui idem tenent. Intelligo tamen ſane reſpectu temporis preteriti: bene tamen pro tempo re futuro. quia facta conceſſione ab imperatore vel rege et tranſlato dominio rei conceſſe: poteſt a principe conditio apponi non ex vi contractus ſed ex vi legis: quia omnis le gum poteſtas eſt in pectore ſuo: vt. l. qui fundos. C. de om ni agro deſerto. li. xj. qui tex. ad hoc eſt valde no. ℣im And. de barulo. ⁊ Jo. de pla. ibi. ⁊ Bald. in. l. nupte. ff. de ſenato. Andreas de yſernia in. c. j. §. fin. colum. antepenul. de capi ta. qui curiam vendidit. vide Lucam de penna. in. d. l. qui fundo. ⁊ Andream ſicu. in. c. fi. s̄. de offi. lega. co. xvij̄. verſi. ⁊ inquantum. vbi dicit Bal. idem tenere in. l. fi. ff. de conſtit. prin. ad hoc vide notabilem legem regni ordinationum li. v. titu. ix. l. xj. ⁊ foro legum li. iij̄. ti. xij̄. l. viij̄. ⁊ ibi glo. Q nim
14 immo poteſt† princeps donationem: vel conceſſionem ab alio factam modificare vt eſt tex. mirabilis ⁊ hactenus non cogitatus ab aliquo in. c. quanto. s̄. de cenſibus. Ubi fun dator cuiuſdam monaſterij̄ per viam donationis prouidit quatenus fratres eiuſdem monaſterij̄: annuatim fratribus alterius monaſterij̄ procurationem preſtarent: quo tempo re vna marcha ad eorum procurationez ſufficiebat. Nume rus tamen fratrum adeo creuit ex poſtfacto quod marche quattuor vix ſufficere poterant: cumq̄ ſuper hoc non leuis altercatio inter vtroſq̄ religioſos extitiſſet: cauſa ad roma num deuenit pontificem: qui auditis hinc inde propoſitis: per verbum indulgemus ⁊ ſic ex gratia ſecundum gl. Jnn. Joannis and. Abbas ⁊ alios donationem ſeu conceſſionē predictam modificauit: ad priorem ſtatum eam reducens: non obſtante fratrum augmento. Siquidem princeps alte rius donationem modificare poteſt vt ibi multo fortius a ſe factam modificare poterit. Adde quod tertuz in dicto. c. quanto: ponderat ℣Petrus de ancha. ibi cum alleg. Joan. and. in. c. olim. de verbo. ſignifi. ⁊ ℣Petrus autiboli in tra ctatu de muneribus. folio. xvij̄. colū. iij̄. ⁊ Jacobinus in tra ctatu feudorum in parte ⁊ cum molendinis: per quam alig audent dicere q̄ clauſula regis henrici de qua ſtatim dice mus trahit non ſoluz ad donationes quas fecit poſtq̄ fuit rex. ſed etiam ante: nam ex quo poteſt adȳcere conditionez vel modificationem donationi ab altero facte: multo fortius donationi a ſe facte: tene menti ⁊ cogita. Ex his iu ſtificari ⁊ defendi poteſt illud quod ſereniſſimuz dominum regem henricum ſecundum olim feciſſe legimus. Nam cuz tempore ſciſmatis inter ſe ⁊ regem dominum ℣Petrū: plu res ⁊ immenſas donationes quibuſdaz regni magnatibus feciſſet (paccatis regnis) modificare volēs donatiōes pre dictas. clauſulam ſuo adiecit teſtamento: his verbis conce ptam. ℣Por razon delos muchos grandes y ſeñalados ſeruitios que nos hizieron en los nueſtros meneſteres los perlados ⁊ duques cōdes ⁊ marqueſes: maeſteres richos hōbres: ⁊ yfanconcs: ⁊ los caualleros: eſcuderos: ⁊ ciuda danos: aſſi delos naturales de nueſtros reynos: como los de fuera dellos: y algunas ciudades villas y lugares ōlos nueſtros reynos: ⁊ otras perſonas ſingulares de qualqer eſtado ⁊ condicion que ſean: por los quales ouimos hecho algunas gratias y mercedes: porque lo nos hauian bien ſeruido ⁊ mereſcido: y ſon tales que lo ſerian y mereſcerian de aquí adelante. ℣Por ende nos mandamos ala reyna ⁊ al℣infante que les guarden y cumplan ⁊ mantengan las dichas gratias y mercedes que nos les hezimos y que ge las non quebranten ni menguen: por ninguna razon y nos gelas confirmamos ⁊ tenemos por bien que las ayan ſegū que gelas nos dimos y confirmamos ⁊ mandamos guar dar enlas cortes que hezimos en Toro. ℣Pero toda via que las ayan por mayoraſgo y que hinquen al ſu hȳo mayor legitimo de cada vno dellos y ſi muriere ſin hȳo le gitimo: que ſe tornen los ſus lugares del que aſſi muriere ala corona de nueſtros reynos. De iſta clauſula meminit mōtaluus in repertorio ordinationum in verbo primoge niti ⁊ foro legū li. iij̄. titu. xij̄. l. viij̄. in verbo no pueda ⁊ Lu do. conſilio. lxxviij̄. de qua diximus ſupra. §. l. poſt princi
15 piū. al's fo. xxij̄. co. iij̄. an autem mortuo † vaſallo fine filiȳs: res feudalis reuertatur ad dominum videas pulchre per Raphaelem Fulgoſium conſilio. xxj. incipiente ℣Petrus. ℣Quam quidē modificationē adȳcere potuit regia ma teſtas vt ex predictis apparet ⁊ firmat in terminis domi nus Ludouicus Romanus conſilio. xcviij̄. incipiente: quo ad id quod de quo queritur in ſecundo dubio. vbi de clau ſula ⁊ modificatione predicta mentionem facit pro conſtā ti firmans ipſius conditionis vel modificationis validita tem: requiſitus de conſilio ſuper hoc ibi alibi non legi in ſpecie tactum. Jdeo tene memorie quia quotidie videbis in practica. ℣Et iſtud teneas quamuis aliqui hoc im pugnare nitantur: tum quia donationes predicte fuerunt perfecte quibus conditio adȳci non potuit: vt dicta. l. per fecta donatio. ⁊ per Baldum in dicto conſilio. in. l. finali. ff. de ſenatoribus. ℣Tum etiam quia fuerunt remune ratorie ⁊ per conſequens irreuocabiles: vt ſentit Bald. in. l. qui ſe patris. ix. colum. C. vnde liberi. dum dicit q̄ ſpecia
16 le eſt in principe vt poſſit † reuocare ſuum priuilegium ſi ne cauſa. vt dicta. l. qui fundos. conuentionē autem ſeu do nationem reuocare non poteſt niſi ſecundum ipſius rei na turam. quando iam tranſlatum erat dominium ſecundum Bal. ibi ſic intelligētem. d. l. qui fundus. cum autem de na tura donationis perfecte per quam tranſlatum eſt domi nium ſit: vt non poſſit reuocari vel modificari vt predixi:
17 ergo ⁊c. Cuius ratio eſt quia † princeps in contractibus conſideretur vt priuatus. iuxt. l. ȳ. §. j. ff. ne quid in loco pu blico. ⁊ quod per eam dicit Bart. in. l. in fraudem. §. neq̄. ff. de iure fiſci. ⁊ cardinalis cōſilio. clxlvij̄. incipiente domi nus noſter papa. quorum meminit Felynus in. l. j. de pro ba. co. ȳ. et. iij̄. quem rogo videas vbi etiam commemorat dicta Abba. de quibus ſtatim fit mētio in ver. ⁊ iſtis adde. ℣Ad iſta faciunt que dicit Abb. in. c. nouit. xj. co. de iudi. ⁊ in. c. ſuggeſtum. de decimis. ⁊ cardinalis in repetione. c. perpendimus. de ſen. excom. co. ver. dum de reuoca tione priuilegiorū loquuntur. iſta ⁊ multa alia adduci poſ ſunt (que breuitatis cauſa omitto) per q̄ modificatio pre dicta impugnari poſſet. de quibus hodie ſuperflua eſſet diſceptatio: eo q̄ rex ⁊ regina domini noſtri eam vt legem merito ſeruari iubent. quia donationes ⁊ conceſſiones pre dicte fuerunt adeo immoderate ⁊ immenſe ac regno noci ue: quod de earū validitate nō abre poterat dubitari. iuxta no. in. c. intellecto. de iureiu. preſertim cum tante anguſtie: tanteq̄ tribulationes et ſciſmatis tempore facte fuerint. Facta autem per principem ſciſmatis tempore in regno: vel promiſſa per eum: non ſunt implenda: vt ſentit domi nus Abb. in. c. ficut. in primo. in tertio nota. per illum tex.
18 s̄. de iureiu. cum dicit q̄ fi† cardinales ante creationē pape aliquid ſtatuūt: ⁊ promittit quilibet illud obſeruare ſi fue rit electus: ſi eſt in preiudiciū dignitatis ſue: nō tenet elect⁹ obſeruare. idē no. Cal. in ti. de iureiu. conſi. iij̄. facit. c. cū ve niſſet. ver. ipſe vo. timēs. s̄. de inſti. ⁊ hoc bene no. ad infrin
19 gendas † promiſſiones factas per principes in principio creationis ſue. q⁹ ſi ſunt preiudiciales: nō tenent obſeruare ſecundū Felynū in. c. j. de probatio. colum. v. ver. ſexto de clara. ⁊ ita dicit al's diffuſe cōſuluiſſe. cuius cōſilium liben ter viderem quia pulchrum decidit caſum ⁊ quotidianum. ℣Sunt tamen aliq qui plus q̄ oportet verbis illius clau ſule inherent dicētes per eam quod omnia bona ab ipſo rege donata hodie regno deferenda: imo delata ſunt: eo q̄ ſolis

[a] Lex regni. Donatio re mūeratoria reuocari vel modificari nō poteſt. 13 a ℣Adde q̄ a poſui i meis regulis ⁊ fal lētȳs i regla cxli. incipiē. donatio i vſ. ſexto fallit. Jo. ber. De donatio ne regis mo dificanda. Clauſula re gis hērici. Hec clauſu la ortum ha buit ſecūdū aliquos a. c. j. de feudo guardie vel caſtaldie. li. feudo. vbi videas Bal dū ⁊ alios. Lex regni. Q nō no. An veniat adne potē maio ratus ⁊c.

q̄ solis donatarijs eorumq̄ primis filijs maioribus legitimis: nō autē nepotibus rebus donatis vti ⁊ frui liceret q̄si appellatione heredis soli filij intelligūtur vt est tex. cum glo. in l. ex facto. §. fi. ff. ad trebel. Idē fortius dicendum est quādo de filijs mentio fit. ¶ Precipue quia dñs rex de filio in singulari numero mentionem fecit dicendo: ⁊ que finque a su fijo mayor legitimo de cada vno dellos. qō dicunt intelligēdū de primo filio maiore ⁊ nō vlteriore. ar. l. boues §. hoc sermone. ff. de ver. signi. ⁊ l. antiquitas. C. de vsufru. ¶ Potuissent allegare fere in terminis nostris albericū de rosate post petrū in l. beneficiū. pe. co. versic. si autem in priuilegio. ff. de consti. principū. vbi dicit quod si in priuilegio fiat mentio de herede in singulari dicēdo tibi ⁊ heredi tuo concedo priuilegiū: tunc de primo herede intelligēdū est. Adde Bar. in l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulga. et pupil. ⁊ in l. lucius. §. sempronio. de lega. ij. Cynus ⁊ bal. in l. annalibus. ⁊ in l. fi. vij. oppo. ⁊ xxj. xxij. xxvj. q. C. de heredi. instituen. ⁊ in l. in cause. §. papinianus. ff. de mino. ⁊ in c. j. de matrim. ad morga. con. ⁊ que ibi addo. Saly. in l. voluntas. C. de fideicom. Joā. de imol. in l. si quis filium. §. fi. ff. de acquiren. heredi. ⁊ in l. filiusfamilias. §. diui. de lega. i. Alexan. in l. gallus. §. etiam in fi. ff. de liberis ⁊ posthu. vbi late tradunt predicti doctores † an ⁊ quando appellatione heredis intelligatur de primo: an de oībus in infinitū. ¶ Ad cuius confirmationē facit in simili Bar. in l. pe. ff. de annuis legatis. dicens quod si † testator relinquit simpliciter eleemosynā tali cōuentui in festo sancti laurētij: intelligitur solum de primo festo post mortē testatoris[a]: idē ergo erit in casu nostro dicēdū de primo filio maiore ipsi⁹ donatarij. ¶ Ad hoc possent adduci multa similia que cumulat Fely. in c. ij. supra de treuga ⁊ pace. ij. col. versi. tene etiā menti. que videas per te. ¶ Sed meo iudicio veritas est in contrarium. imo quod bona transeunt in filium ⁊ nepotem ⁊ pronepotē ⁊ deinceps maiores ⁊ legitimos. eo qō mens regis hec videtur fuisse a principio quādo fecit donationem dum dixit quod donabat eis pro se suisq̄ heredib⁹ ⁊ successoribus. Item quando adiecit modificationez sepe dictā dū dixit. pero toda via que lo ayam por mayoradgo ⁊ que finquen alsu fijo mayor legitimo de cadavno dellos. voluit ergo quod ista donata deferātur iure primogenitu re in primogenitos in infinitū. alias autē frustra diceret q̄ los ayan por mayoradgo si concessio in primū filiū expira ret. presertim quia concessio ⁊ † priuilegiū principis sui natura debet esse perpetuū: vt dicta. l. beneficiū: ⁊ regula decet. de reg. iur. lib. vj. si autem intelligeretur de primo filio solummodo esset temporalis ⁊ contra naturam priuilegij principis quod esse non debet vt notanter voluit Joā. an. dominicus ⁊ alij in c. licet. §. j. de priuile. lib. vj. dicentes qō priuilegium dans alicui facultatem ingrediendo ecclesiaz tempore interdicti cum familiaribus: intelligitur nō soluz de familiaribus quos tūc temporis habet: sed etiā de omnibus alijs primis vel secundis ⁊ vlterioribus q̄s habiturus est. Idem fuit de mēte Joā. and. dominici ⁊ aliorū in c. fina. v. c. versic. sed pone quod episcopus. de verb. significa. eo. lib. vbi dicūt quod † licētia data prelato vt quatuor clerici secum residentes: percipiāt fructus in absentia: non intelligitur tātū de clericis quos tūc habet vel primis quos habebit: sed etiam de futuris loco illorū subrogatis. attenta concedentis mente ⁊ natura concessionis que debet esse ꝑpetua. Concludo igitur vt supra. Adde preterea textum in c. fi. §. item opponitur. xxij. q. ij. ⁊ c. nam ⁊ ego. j. de verb. significa. vbi colligit qō cedente vel decedente filio primogenito: filius secūdo genitus potest dici primogenit⁹: et q̄ cūq̄ alius etiā vsq̄ ad mille gradus ꝑm Bal. in c. j. de feudo guardie. li. feudorū: natura ergo donationis principis seu beneficij operabitur vt nō finiatur in primo herede sz trāseat ad alios: vt supra dictū est: licet secus esset in ꝯtractibus per textū in ca. dilecti. de dona. vbi henricus ⁊ alij. ¶ Imo quod plus est videtur mihi de iure dicendum salua decisione meli⁹ sentiētis q̄ si † donatarius vel ei⁹ fili⁹ primogenitus vel nepos vel ꝑnepos decedat nō relicto filio masculo relinquat tamen filiam feminā legitimā: ad illam transeunt bona donata. quoniā in istis cōcessionibus ⁊ donationibus fauorabilibus † masculinū concipit femininū vt. l. fi ita scriptum. de leg. ij. ⁊ l. qui muros. de lega. iij. et glo. in c. in generali de elec. lib. vj. ⁊ ibi doctores nostri per Bar. in l. j. ff. de ver. signi. per Cynū Bal. ⁊ alios in l. quicunq̄. C. de seruis fu. archi. in c. si quis suadente. xvij. q. iij. per andreā siculū post alios in c. si gs presbyterorū. supra de rebus eccle. non alienā. per Jaso. in l. si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iu. melius quā alibi. ¶ Presertim quia tam de iure cōmuni quam etiam de lege regni ac ꝯsuetudine regni mulieres succedūt in bonis parentū. vt. l. maximum vitium. C. ō liberis preteritis. ¶ Lex etiā regni que de successione filiorū loquitur equaliter defert paternā hereditatez filiabus sicut filijs. vt. vj. parti. tit. xij. l. ij. idē in bonis maioratus. vt. ij. parti. tit. xv. l. ij. in fi. ⁊ ita cōsueuit fieri in bis regnis. deficiente ergo filio legitimo. admittetur † filia in iure primogeniture vt notanter decidit pe. de bella pertica. in l. pater. §. quindecim de lega. ij. vbi per illum text. dicit si consuetudo est quod in baronijs non succedat filia ⁊ aliquis habet filium vnum secundogenitum: ⁊ ex primogenito habet filiam: filia debet habere baroniam. boc idem voluit Bald. in l. in multis in princ. ff. de statu bo. licet de petro non fuerit memor dicens quod si consuetudo regni dicit quod primogenit⁹ succedat: non intelligitur femina si stat masculus. alias intelligitur de femina. quia succedit in naturali dignitate secundum eum. quem refert et sequitur ludo. in cōsi. j. et in. d. consi. xcvij. in. ij. dubio. decidens per boc in terminis nostris ⁊ bonis a rege henrico donatis nō stantib⁹ filijs filiā feminā succedere q̄ tene mēti. ¶ Ad hoc faciūt not. per Bar. in l. heredes mei. §. cū ita. ff. ad trebel. vbi in fideicōmisso succedit femina in defectū masculorum. ¶ Bene facit tex. no. i. c. dilecti. supra de arbitris. ⁊ ibi no tant doctores. ⁊ ibi dixi in meis recollectis. Ad idem facit illud quod scribitur numeri. ca. xxvij. homo cum mortuus fuerit absq̄ filio: ad filiaz eius transibit hereditas. Hinc forte gothi tēpore pelagij qui hispaniā a manibus arabū recuperare cepit: p lege sanxerūt: vt refert lucas tuolensis cum de eodem pelagio agit: quod filij⁹ regis cuiuscunq̄ etatis relictus si modo catholicus fuerit: succedat in regno: filio aūt masculo deficiēte: filia femina succedat in regno: vt ibi latius dicit. bene facit ad boc. c. j. de beneficio femine. ⁊ c. j. an maritus succedat vxori: vbi † femina succedit in feudo etiā si feudū sit nobile. vt per raphaelem ful. consi. ccxx. incipiēte nobilis. ¶ Ubi etiā tangit an cōsuetudo inducat ex vno actu vt solū ad masculos transeat ⁊ que requirūtur ad istā cōsuetudinē inducendā. de quo etiā per Jo. fabri ⁊ ang. in §. ex nō scripto. insti. de iure natu. bonū tex. in c. cuz de bñficio. de preben. lib. vj. An aūt dñs † teneatur inuestire feminam filiā vasalli sui nō existentib⁹ masculis. an vero possit aliū quencunq̄ inuestire: vide eundē raphaelē ful. cō fil. ccxxij. incipiente nobiles. ¶ Et istud teneas. quamuis aliqui audent dicere contrarium. imo quod filia femina nō succedat in istis bonis: quia videt fuisse de mēte regis illā excludere ex quo de filio in genere masculino solū mentionē fecit: volēs per boc feminā excludere. ¶ Quod tamen falsum est vt apparet ex predictis. presertiz q̄ † donatio principis latissime interpretanda est in eius preiudiciū. vt. c. cū dilecti. de dona. cū concordātib⁹. ¶ Dicūt etiā isti q̄ predicta cōcessio seu donatio regis magis accedit feudo quaz simplici donationi q̄ apparet ex clausula ꝑdicta dū dicit rex. ⁊ son tales que lo seruirā ⁊ merecerā de aqui adelante. propter seruitiū ergo q̄ facturi sunt: iste donationes fiunt ergo feudū cēnsetūr: ⁊ per cōsequens nō transit in feminas vt. c. vno in prin. de alie. feu. pater. fm Henricū in. d. c. cum dilecti. fi. co. post pe. de bella pertica. ⁊ Jac. de ra. in. d. l. ex facto. §. fi. ff. ād trebel. ⁊ in l. conuentionibus. ff. de verb. sig. meli⁹ boc probat text. in c. j. §. filia. de successione feudi. vbi dicitur qō filia nō succedit in feudo nisi inuestitura fuerit in patre vt filij ⁊ filia succedant. In materia enim feudali verbum sine herede. intelligitur. i. sine filio masculo. ⁊ nomen † filij ponit pro quolibet descēdente ex masculina linea. c. j. ver. ⁊ si clientul⁹. de alienatione feudi. li. feu. ⁊ ibi not. Bal. in octauo notabili de quo facit festū alexāder in l. gall⁹. §. instituens in fi. ff. de liberis ⁊ postu. vide Raphaelē fulgosum cōsi. ccxvij. ⁊ Jacobinū in tractatu feudorū in verbo. ⁊ quibuscūq̄ heredib⁹. vbi plura cumulat. intellige nisi i inuestitura dicatur q̄ veniat ad feminā nā tunc ad feminam transit ⁊ sic loquūtur superius dicta. ⁊ An femina sit feudi capax. vi. c. j. de feudo femine. ⁊ c. j. §. hoc autem. qui feudū dare pos. ⁊ ludouicus consi. j. ¶ Ad hoc facile est responsum. primo quod certe istud non est feudum imo donatio remuneratoria vt ex verbis donationis et modificationis predictis liquido constat. dicit enim quod propter merita ⁊ seruitia rex donauit. ¶ Item donatarius nullam fidelitatem fecit nec pro illa seruitium aliquod fuit sibi iniunctuz. et ita non est feudum. Sed presuppositio fine veritatis pre iudicio quod sit feudum: non est tale quod feminas excludat cum non habeat seruitium virile quod non possit per

Lex regni.

cōsuetudo.

de gothis.

An veniat ad filiam.

a ¶ Adde q̄ idē tenet segura in rep. l. fi. si ex legati cā. fol. xv. co. ij. ff. de v. obli. vbi ⁊ ī co. seq. multa similia cumulat. Joā. Ber.

An mortuo filio fine filiꝰ vẽiat ad fratrem,

femĩa expediri per alium quo casu femina capax est feudi vt.c.j.de feudo femine li.feudorum. Concludo igitur vt.ꝑ. ¶De vno tñ sepissime dubitaui si habens res donatas a rege dño henrico qui est vltimus possessor filius:nepos vel pronepos donatarij ab hac vita migrauit non relicto filio legitimo masculo nec femina: reliquit tamen fratrez legitimum:nunquid bona predicta veniẽt ad fratrẽ an redibunt ad regnũ. Jn quo dubio multa se offerũt hincinde. ¶Dubium facit quoniã ex quo presupponimꝰ primum donatarium filiũ reliquisse legitimũ, iã videtur defecisse reuersionis conditionem per textum singularẽ vbi multa cumulat Jaso.in.l.pater seuerinã.ꝯ.ita fideicommisso.ff.de condi.ɼ de.vbi litera dicit ita fideicommisso dato, volo restituas si sine liberis decedas:conditio deficit ex volũtate:vel vno filio relicto superstite,imo solus nepos ex filia relictus facit conditionẽ deficere.vt.l.j.C.de condi.insti.quãuis filius vel nepos postea moriatur vt.l.pater.ꝯ.quindecim.ff.de lega. iij.ɼ.l.si quis ita.ff.de verb.obli.ɼ.l.cũ vroꝛi.C. quãdo dies legati cedat.in.l.si quis heredem.C.de insti.ɼ substi.sub cõdi.fac.Ad idem.l.j.ꝯ.si autem sub conditione.C.de cad.tol
31 len.vbi defecta † conditione res penes grauatũ manet. vñ in successione bonorũ solum attẽditur vltimus possessor.l.
32 sed si plures.ꝯ. filio.ff. de vulgari ɼ pupillari. vbi p † adi/tionem deficit esse hereditas patris ɼ incipit esse filij adeũtis.faciũt notata.in.l.si cognatis.de reb⁹ dubijs.presertim per sozi.ad fi. Jnde est ꝙ prohibitio facta filio non intelligitur facta nepoti vltimo possidenti sicut quando est facta expresso nomine proprio vt no.in auf.de restitutione fideicõmiss.ꝯ.manifestũ.tenet bal.in.l.volũtas.iij.co.C.õ fideicõmissis.bar.in.l.filiusfami.ꝯ.diui seuerus de lega.j. ɼ in.l. centurio.co.xx.ff.de vulgari ɼ pupil,cõcesio ergo ɼ modificatio predicta intelligitur de primo filio ɼ descendẽtib⁹ ab eo:non de alijs. ¶Ad idem facit tex.no.in auf. sed si quis C.de secun.nup.vbi probatur quod si primũ pactũ cõmittitur filijs existentibus vt vroꝛ acquirat certa bona: ɼ deinde filij moriãtur:cõmittitur secundum pactum quia nõ existunt filij:ɼ illud est speciale illo casu. ergo in ⁊rariũ est regula iuris vt postꝙ ex donatario relictus est filius maioꝛ legitimus:quãuis postea ipse moriatur sine filio:nã deficit cõditio vt bona deferãtur fratri. Jta in terminis nostris p illũ text,decidit ibi in fine Cyn⁹ post alios antiquos quos ipse refert. Jdem ad literã refert ibi albericus ɼ latius Salyce,in fi.ɼ Bal.ij.co.versi. quidã rex.vbi dicunt doctores preallegati:quidã rex dedit cuidã militi castrũ sic dicẽs.do tibi castrũ illud ita qꝺ habeas tu ɼ tui heredes de tuo coꝛpore descendẽtes ɼ si decedas sine heredibus de tuo coꝛpore descẽdẽtibus:castrũ illud ad me reuertat: deinde decedit miles relicto filio herede.postea decedit iste filiꝰ:nõ relicto herede de coꝛpore suo: querebatur nũquid castrũ deberet reuerti ad regẽ: Decidunt qꝺ nõ quia satis est defecere conditionẽ ex quo miles relinquit heredẽ ex suo coꝛpore natum:quãuis filius simulẽ heredẽ nõ reliq̃rit. ¶Jdẽ tenet Bal.in.l.fi.xxv.q.C.de heredibus insti. per tex.in.d.ꝯ. quindecim.ɼ sic sufficit in negatiua propositiõe excludẽda primus ɼ vnicus heres illius qualitatis secũdũ eum dicẽtem hoc foꝛe no. Jdẽ voluit ipse in.c.j.ꝯ.decedẽte.iij.co.v. ɼ no.quod si quis.qui feudum dare po.dicens quod sufficit primus heres ad restitutionẽ fideicõmissi ad exclusionẽ restitutionis.in auf.de restitutione fideicõmissi.ꝯ. manifestũ. per accursium secũdũ Bal.vbi supra.vnde si dictat statutum qꝺ si quis habuerit filiã dotatã:ei succedat masculus ɼ alij filij descendẽtes ex ipso filio masculo:filius decessit relicto filio:postea decedit iste filiꝰ sine prole:tunc successio nõ reuertitur ad soꝛoꝛẽ: quia ex quo semel est exclusa ꝑpetuo est exclusa.nisi statutũ loquereꝰ verbis tẽpoꝛalib⁹ dicendo quo ad existãt masculi ɼc. ita tenet Bal.in.d.auf. ꝛ si quis ver,ɼ per hoc inferꝰ.sed idẽ tenet ipse in.c.j.ꝯ. qui etiam.ad finem.in titu.episcopum vel abbatem.lib.feudoꝛũ. versi.ij. no.facit quod in similibus terminis voluit Oldra. consil. xxj.incipiente thema tale est:testatoꝛ ɼc.de q̃ meminit alexander in.d.l.fina.C.de here.insti.iij.co. Adde Bart.in.l. fi.ff.ad tertul.Bal.in.l.gallus.ꝯ.quid si tantum.ff. de libe, ɼ posthu.ɼ in.l.si pontionila.quãdo dies leg.cedat.Quinimo etiam si statutum excludens diceret quousqꝫ vel donec nihilominus semel exclusus vt sentit Jnn.in.c.cũ bone de etate ɼ quali.tenet exꝑsse Bar.consi.xx,incipiente factũ fic se habet: quidã dominus Jacobꝰ ɼc. vide Bal.i.c.ij.co.de
33 eo qui sibi ɼ heredibus suis.vbi concludit ꝙ postꝙ † feudum transiuit ad feminam non potest ab ea remoueri propter superueniẽtẽ masculũ:quia natura dominioꝛũ est perpetua.l.siue possidetis.C.de probat. Existis dicebat bal.in ti.j.de filijs natis ex matrimonio ad morganicã confecto. ɼ referũt ɼ sequũtur alij moderniores ꝙ si per pactũ primogenitus ad maioratũ vocatur:ɼ primogenitꝰ moꝛitur sine liberis:nunq̃ admittitur secũdogenitus quia ex quo a pn
34 cipio † secundo genitꝰ fuit exclusus:non est postea admittẽdus.quia semel exclusus semper cẽsetur exclusus.ita potest induci ista decisio bal.aliqui tamẽ deducunt in contrariuz ad excludendum filiũ secundogenitũ.ad cuius confirmationem facit quod vult bar.ɼ alij referunt in.l.liberoꝛũ.vij.co. ff.de verbo.signi,vbi dicunt quod si feudũ vel maioratꝰ defertur masculis intelligitur de descẽdentibus per lineã masculinam:vnde nepos ex femina cũ procedat a radice infecta vel exclusa non admittitur etiã deficientib⁹ omnib⁹ masculis,facit.ca.j.ꝯ.hoc autem. qui feudũ dare possunt libro feudoꝛũ.semel enim exclusa femina ɼ eiꝰ familia perpetuo cẽsetur exclusa vt supra dictũ est. Sic ergo videtur in casu nostro ex quo rex fuit exclusus per defectũ conditionis qꝺ donatarius relinquit filium legitimuz perpetuo erit exclusus:etiaz si eius filius sine filio moꝛiatur: veniet ergo ad ꝑdicta bona eius frater. ¶Si dicatur quod istud est feuduz quo casu oẽs predicti doctoꝛes fatẽtur quod reuertatur ad dominũ: quia natura feudi est vt moꝛtuis heredibus sanguinis:feudũ reuertatur ad dominũ ɼ nõ transeat ad heredes extraneos vt no.in.d.l.ex facto.ꝯ.fi.ff. ad trebel.per dy num ɼ alios.ɼ ꝑ henricũ in,d.c.cũ dilecti. ad finẽ. de dona. Dico quod non est feudũ vt predixi nec habet requisita in feudo,sed posito sine veritatis preiudicio quod feudũ esset adhuc succederet frater in feudo:quia erat paternũ vt.c.j. de natura successionis feudi.ɼ.ca.j.de successione feudi.ɼ in c.j.in ti.imperatoꝛ lotharius eugenio pape.ɼ.c.j.de beneficio fratris.ɼ.c.j.de gradibus succedendi cum infinitis similibus lib.feudoꝛũ. ¶Facit preterea tex.ad propositũ accõmodatus cum glo.in.c.j.de eo qui sibi ɼ heredib⁹ suis libꝛ. feudoꝛũ.vbi dicitur quod si quis fuit de feudo iuestitꝰ pro se ɼ filijs suis masculis:eisq̃ deficiẽtibus pro feminis.quãdiu extiterit masculus etiã remotioꝛ descẽdẽs ab eo qui de feudo fuerit inuestitus qui sine filijs masculis decessit femina etiam proximioꝛ non est admittenda. De hoc vide Jacobũ de sancto georgio in tractatu feudoꝛũ in parte ɼ feminis.co.ij.ver.ꝛ ponamꝰ.ɼ ver. Jtẽ si quis. Et ꝑterea dicit ibi glosl.no.quam aliqui repꝛobare nituntur.quod filius ex filia premoꝛtua quãuis remotioꝛ fit a primo inuestito excludit amitã que iam successerat in feudo quod est valde notandum. quam glosl.appꝛobãt ibi Andreas de yfernia.ɼ prepositus alexandrinus per rationẽ de qua ibi per eum.quamuis contrarium sentiant ibi Bald.ɼ aluaroꝛtus. Cum autez in casu de quo agitur res donate redeunt ad regnũ tunc demum quando nõ supereꝛt filius legitimꝰ donatarij:sed negari non potest quin filius secũdo genitꝰ fit filius maioꝛ ipsius moꝛtuo primogenito cũ iuris fictiõe moꝛtuꝰ fingatur non natus vt.c.nam ɼ ego.infra de verb, signi.ergo ille est admittendus. ¶Reperio tamen ꝙ bal. in loco satis extraneo tenet in terminis nostris sentẽtiã cõtrariam imo ꝙ bona taliter donata redire debẽt ad regnũ. dicit enim quod si regnũ sicilie quod ex pacto refertur primogenito quia secũdogenitus nõ succedit etiã primo moꝛtuo fine herede.quia de primo genito loquitur pactũ: non de secũdo genito.vt.C.ad trebel.l.iubemus.ꝯ.fina.ɼ in prima cõstitutione.ffoꝛum.ɼ sic ad papã libera redeat dispositio regni.ista sunt aurea verba bald.in.c.j.de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto. quem simpliciter refert ibi prepositus alexandrinus.ɼ Nicolaus de vbaldis in tractatu de successionibus ab intestato.co.xxvij.versicu. vnum dicit bal.bene aduertendum. Hanc decisionem bal. refert geoꝛgius in repetione.c. quãuis pactum de pactis. lib.vj.co.lxj.versi.xxvij.quero.ɼ Jason in.l.quotiens.C. de rei vend.co.ij.ver.illud etiam perpetuo not.vide glo.no.secundũ Bald.in.l.in quibus casibus.ff.de secũ.nup.cum dicit quod in perpetuum discessit ab alijs quod ad vnum peruenit:quia res semel extincta amplius non reuiuiscit.l.que res.ꝯ.areã.ff.de solu.c. que res. de consecratione di.iij.in
35 dubio enim actus † iudicatur perpetuus non temporalis. l.sufficit.ff.de cond.indebiti.glosl. in verbo perpetuus. in c.final.de rescriptis.lib.vj.facit.l.coꝛruptionem.C. de vsufructu.l.si quis heredẽ.C.de cõditio.insertis.l.ij. circa medium.ff.de excusat.tuto.in quibus iuribus probatur quod qñ ad aliquem actum requiritur certa qualitas vel causa: sufficit quod semel exꝛistat.vnde licet postea deficiat:habet perpetuum effectũ.tene mẽti ad multa.fundamentuz istorum est

Pro parte cõtraria.

No.ista ɼ.vi Jas.in.d.l.si qs.C.de insti. ɼ substi. sub cõ.fac. col.j. ver.itẽ facit ꝑdicta regula vbi multa accumulat ad hꝰ ꝓpositũ deseruiẽtia q̃ oĩa rogo videas.

36 rum est illa regula generali semel † exclusus ppetuo est exclusus.de qua in.d.c.i.& in.c.j.§.qm̃.& in ti.episcopũ vel abbatem.per bal.in.c.j.ỹ.col.ver.quapropter de eo qui sibi & heredib⁹ suis li.feudorũ.& ĩ.l.fi.xxiiỹ.q.C.de heredib⁹ inst. et per plures alios de quib⁹ per alexãdrũ in.l.ỹ.C.de liberis prete.per anchar.cõs.ccxxỹ.& per georgiũ in repetitiõe c.quãuis pactũ.de pactis lib.vj.co.lxj.q.xxvj.vnde cũ frater scõo genit⁹ fuerit exclusus per primogenitũ perpetuo erit exclusus & p cõsequẽs bona predicta redeũt ad regnuz. ita alias fuit iudicatũ in cãcellaria:istis & forsan alỹs fortioribus fundamẽtis.quã sniam impugnare fas nõ est. Cogitabis:qm̃ satis ardua & dubia videt & cesaris decisionẽ merito exposcens. ¶Sed quaten⁹ bal.loqtur de successiõe regni sicilie idẽ Bal.in.l.cũ antiquiorib⁹.C.de iure delib.co. vj.ỹ si nũc ad partẽ sentit ↄtrariũ.dicit enim q mortuo primogenito regis fuit pronũciatũ p roberto scõo genito q̃ decisio fuit postea approbata per ecclesiã vt habet̃ i cle. pastoralis de re.iu. ¶Cõsidera etiã si illa regula semel exclusus q̃ hz locũ i materia feudali possit trahi ad alias materias. Nã textus i.d.c.j.de filỹs natis ex mrimonio ad morgani cã cõtractovidet ꝓbare q nõ.qm̃ in alỹs bonis quã feudalibus filius scõi mrimonỹ semel exclusus: postea admittit qõ ẽt sensit bal.si bñ aduertat in.d.l.cũ antiquorib⁹ in nono argumento p parte nepotis. Idẽ tz ꝓpos⁹ alexãdrin⁹.in c.j.de feudo marchie in.xvỹ.argumento p parte nepotis. ¶Cõsidera ẽt q bal.in.d.c.j.loquit qñ pactũ fit q primogenit⁹ succedat i regno vel re feudali quo casu est exclusus scõo genit⁹:qz scõo genit⁹ ꝓprie nõ põt dici primogenit⁹: iõ nõ recedit a pacto partiũ qñ pactũ nõ egredit psonas paciscẽtiũ vt tradit in.l.si decesserit.ff.q satisdare cogunt.& in.l.postulãte.ff. ad trebe.& ĩ.l.tale pactũ.§.fi.ff.de pactis.

37 & bal.in ru.de pactis in decretalibus. Hinc est q † pactũ p qõ qs se obligauit vt possit capi pson⁹ al'r p obseruãtia contract⁹:nõ egredit psonã paciscẽtis.vñ ei⁹ heres capi nõ poterit.ita notãter dicit bar.ĩ.d.l.postulãte in prin.refert & sequit abb.in.c.fi.ĩ prin.§.de arbitris. ¶In casu aũt nr̃o nõ est pactũ:hz modificatio ipposita a solo rege super sua donatiõe:q̃ latissime iterptanda est:nõ faciẽs mẽtionẽ de primogenito filio:hz de maiore.mortuo aũt primogenito cui dubium quin scõo genit⁹ sit maior alỹs supstãtibus:& p q̃s ei tanquã maiori deferuntur bona iure maioratus in alỹs maiorỹs: vt sentit pe. de bellaptica in.d.l.pr̃.§.qndecim. ff.de le.iỹ.& bal.ĩ.d.l.i multis.ff.de statu bo.& ludo.in.d.cõ fi.xcviỹ.& lex regni.ỹ.pti.ti.xv.l.ỹ.cogitabis.

Lex regni. 1 ¶Donatio facta inter cõiuges ꝙfirmat morte donãtis etiã si sit violẽta & nõ naturalis.

2 Nisi cõiunx donator mortẽ sibi cõsciuerit ob crimẽ iis cõsciẽtiã vel sit dãnata ei⁹ memoria post mortem.

3 Occidere seipsum ob sceleris cõscientiã grauissimũ crimẽ est & detestabile.

4 Tormentorũ metu falsa crimina cõtra se cõfitẽtes grauiter peccant.

5 Affligẽtes corp⁹ ieiunio vel alias intantũ q morianꝫ decedunt in peccato mortali.

6 Accusat⁹ ad penã mortis cũ esset innocẽs si noluit se defendere vel exceptiones que sibi competebãt allegare peccat mortaliter.

7 Sepultura ecclesiastica denegat occidentib⁹ se.

8 Donatio facta a marito se occidẽte ob sceleris cõsciẽtiã nõ cõfirmatur ei⁹ morte.

9 Occidẽs vxorẽ propter adulteriũ an lucret dotem.

10 In gñali cogitatione nõ venit id qõ quis in specie nõ esset verisimiliter cõcessurus.

11 Uestes quotidiane & alia fine quib⁹ viuere qs nõ põt saltẽ honeste nõ veniũt in gñali hypotheca bonorum.

12 Libri fine qb⁹ scholaris eẽ nõ põt nisi cũ dedecore & maximo dãno nõ veniũt in gñali hypotheca vel obligatione.

13 Heres si occidit testatorẽ efficit idign⁹:& hereditas defert fisco.

14 Occidẽs vxorẽ perdit mero iure ius succedẽdi ei.

15 Et quid in eo q iure sanguinis succedere debet.

16 Frater si fratrẽ suũ interficiat ꝓuat feudo:& defert agnatis sequẽtib⁹ si est paternũ qz tũc nõ applicat fisco.

17 Substitut⁹ p fideicõmissuz sub cõditiõe mortis nõ ꝙsequtur fideicõmissum si institutũ interficiẽdo faciat cõditionẽ mortis existere.

18 Uerba generalia legis ꝙfirmãtis donationẽ inter cõiuges morte donatoris nõ extẽdunt ad donatariũ homicidã siue occidentẽ donatorem.

19 Actus actiuorũ sunt in patiẽte dispositõ.

20 Occidens maritũ an debeat habere medietatẽ bonorum lucratorum constante matrimonio.

21 Procurãs adulteriũ vxoris si postea eã occidat nõ habebit lucrũ dotis nec donationẽ sibi ab vxore factam.

22 Negligẽtia inferiorũ data nõ deuoluit potestas ad superiorem quando ipse superior illam negligẽtiam dolose procurauit.

23 Procurans bãnum alicuius vt ipsum occidere possit nõ gaudet priuilegio q̃ quis impune possit occidere bãnitũ.

24 Alimenta denegans necare videtur.

25 Donatarius alimenta denegans donatori efficitur ingratus vt possit donationem reuocare: maxime quando donatio consistit in magna re vel quantitate.

26 Medicum vxori infirme non adhibens cum potuit ipsam occidere videtur & per consequens priuatur lucro dotis.& nume.29.

27 Uulnerat⁹ si nõ adhibuit medicũ ꝓsumit sui culpa decessisse qñ vulnus iudicio medicorũ poterat se habere ad vitã et ad mortẽ & sic vulnerans non tenebit de occiso.

28 Uulneratus letaliter si quis sit ab vno postea ab alio totaliter occidatur primus vulnerans non tenebitur de morte: sed vulnere solum.

29 Inhabilem esse vel non esse paria sunt.

30 Denarius falsus non est denarius.

31 Pecunia reproba:non liberat soluentem.

Cessante autẽ reuocatione

§.70. Confirmat dõatio mortẽ violenta.

1 tacita vel expressa:morte † cõiuges donãtis cõfirmat donatio ab eo facta.vt dictũ est in pcedẽtib⁹. Intelligẽ õ morte naturali ẽt violẽta p gladiũ.vt est ter.ĩ.l. si tibi.C. de dona.añ nup.& ĩ.l.res vxoris.& ibi glos.C. isto titu.& vtrobiq̃ no.Bal. ¶Ad idẽ est bon⁹ textus in.l. qui duos.§.j.ff. de de rebus dubi.& ter.ĩ.l.j.C.de his q ante ap.ta.i ver.fortuitas ob cãs vel casus humanos.p quẽ dicit Bal.ibi idẽ iuris esse de morte secundum naturã & de morte pter naturã qõ dicit esse nota.dignũ.homicidiũ enim appellatur mors. vt voluit gl.cõiter approbata.insti.de capi.dimi.in princ. & facit ter.in.l.cornelia.§.j.v.cãz mortis põbuisse.& ĩ.l.nihil ĩteresse vtrũ occidat qs:an cãm mortis põbeat.ff.ad.l. cornel. de sicar.& l.si forte.ỹ.mortis.C.eo. ¶Ad idẽ ter.ĩ.c.si pfodiẽs.& ĩ.c.sicut dignũ.& c.significasti.& c.tua.c.Joãnes.infra de homi.& c.fi. de parẽ.qui filios occi. ¶Et hinc est q si stipulat⁹ sum a titio cẽtũ cũ gay⁹ moriat:si gay⁹ fuerit occisus:debenꝫ centũ.qz nihil refert qd ex equipollẽtib⁹ fiat. vt in.l.si mater.C.de instit.& substi.sub cõdi.fa.& c.lz ex quadam de testi. ita terminauit pile⁹ quẽ refert & sequtur anch. in cle.j.de pen.& remiss.in fi.reassumit andreas sicu.in.c. raynaldus.xỹ.co.s̃.de testa.q dicit idẽ ĩ vltima volũtate in materia substitutionũ.vt ibi per eũ. ¶Qõ pcedit nisi † donator mortẽ sibi ob sceleris conscientiã cõsciuerit: vel ẽt post mortẽ memoria ei⁹ dãnata sit. Nã tũc reuocabit donatio. vt est ter.ĩ.d.l.cũ hic stat⁹.§.si marit⁹ vxori.ff. isto ti. ¶Est

3 enim grauissimũ & detestabile crimẽ seipsum † occidere ob sceleris ↄsciẽtiã vel alias vt tradit augustin⁹.j.li.de ciuitate dei.& habet̃ in.c. si nõ lz.xxiỹ.q.v. qõ p singulari cõmẽdat Abb.in.c.j.s̃.de test.cog.ỹ.col.& in.c.ex parte.ỹ.in pn̄.s̃.de sepul.q subdit idẽ esse cũ qs falsum dixerit testimoniũ ↄ se.

4 ¶Ex q̃ infert q † isti q timore tormẽtorũ falsa ꝙfitent crimẽ ↄ se:grauit peccãt:ita q si mortẽ patiunt ob illã ꝙfessionẽ quã saltim ĩ extremo nõ reuocãt:decedũt in peccato mortali:& sic sunt dãnati p illũ ter.no.& ei⁹ rationẽ. Idẽ sentit ant.

5 in.d.c.j.de te.cogẽdis. ¶Idẽ credere si † afflictiõe corpis vt ieiunio vel oratiõe vl' al's se occideret.nã & tũc peccaret & diceret decedere in pctõ mortali:vt.c.nõ mediocriter de cõsecr.dist.v.tenet Abb.in.c.cũ infirmitas.infra de pen.& re.

6 ¶Ex quo infero vnũ quotidianũ & satis notabile q si qs † accusat in iudicio ad penã mortis cũ esset innocẽs noluit se defendere forte vt vitã finiret nec exceptiones que sibi competebãt allegauit cũ posset: peccat mortal'r & nisi peniteat videt seipsuz occidere: & in pctõ mortali decedere quia nõ erat dñs mẽbrorum suorũ.vt.l.liber homo.ff.ad.l. aquil.et ꝓpterea nõ poterat renũciare exceptionib⁹ sibi cõpetẽtib⁹ gl.no.in.l.pactũ.§.iter heredẽ.ff.de pactis.& ibi moderni.& ancha.ĩ cle.vna de excep. ¶Ad qõ bene facit ter.& qõ ibi no.ĩ.c.ↄtingit.de sen.excõ. Jo.fa.& Jo. de pla.insti.de iure natu.§.iuris pcepta. psertim qz negligentia in alio iputat alicui:multo forti⁹ i seipso cũ pl⁹ debeat se diligere quã proximũ cũ charitas ordinata a seipso incipiat.c. nisi spãlis. de aucto.& vsu pa.c. si noluit. xiỹ.q.v.l.pses.C. de seruitutib⁹.

7 ¶Ex quo infertur ꝙ taliter † se occidēti tanꝙ decedenti in peccato mortali: denegaꝛ ecclesiastica sepultura. in. c. nō estimamus, xiij. qō. ij. ¶Intellige quando ecclesie de hoc constat alias secus vt traditur in. c. fi. supra. de sepultu. ⁊ in ç. a nobis, infra de sen. excō. ¶Tales ergo in detestationē criminis ad montana ⁊ loca horribilia deseruntur vt videmus quotidie fieri in his qui sponte se occidunt vt vitā perdant: aliquando timore atrocioris mortis gladio se iugulant: aut laqueo se suspendunt (vt pridie fecit quidam frater alphōsus baberi ordinis trinitatis quem noui qui propter crimen heresis segobie per inquisitores captus ⁊ carceratus multa falsa dixit testimonia: ex quibus multi forsan innocentes passi fuerunt: putans per hunc modum penā euadere: vel saltim differre: finaliter laqueo se suspendit ⁊ igni traditꝰ fuit qō forte custodis culpa accidit.) ¶Debent enim custodes aduertere quando habent aliquem detentum marime pro graui maleficio ꝙ non introducaꝛ in carcerem gladius: vel aliud ex quo verisimiliter aliqd predictorum sequi possit: vel fieri vt notanter dicit florianꝰ in l. quemadmodū. §. magistratus. ff. ad legem aquiliā. ¶Fateor tamen ꝙ si quis mori constituit: prohiberi nō potest.

Porcia. Nā porcia catbonis filia (mortuo bruto) cū ferrū sibi subtractū esset: carbones ardētes ebibit. Si ergo officialis fecit quod potuit: ⁊ nibilominꝰ captus se vulneret: vel occidat: vel laqueo se suspēdat vt pluries actualiter est repertū nil potest imputari ipsi officiali vt probat tex. in. d. §. magistratus ſm florianū ibi.

Cōclusio. 8 ¶Ex quibꝰ omnibꝰ cōcludo † donationem factā a marito ob sceleris conscientiā se occidēte nō cōfirmari eiꝰ morte q̄ sunt notabilia ꝑ. l. 9. ti. de los omezillos li. iij. fo. ll. ⁊ ꝑ supradicta pōt dicta lex ampliari: vt habeat locū in dictis casibꝰ. ¶Idē si donator interficiaꝛ a donatario quo casu irritaretꝝ donatio: qꝛ nō videt de hac cogitatū. ar. tex. ⁊ qō ibi not. in. l. si ab hostibꝰ. §. si vir. ff. solu. ma. ita dixit bal. in. d. l. res vroris. quē refert ⁊ sequit Jo. de ana. in. c. fi. ij. col. infra de homicidio.

Qō donator interficit a donatario

¶Et videt de mente Cyni quē multi sequunt. in. d. l. si ab hostibꝰ. vbi dixit ꝙ ſz

De vroꝛe adultera. 9 vir q † vroꝛē occidit ꝓpter adulteriū lucretꝝ dotē q̄ a lege deferꝝ sibi lucrū dotis vroris ꝓmoriētis. Secus tū si ex pacto vel cōuentione qꝛ cū tale lucrū acqrit ſm tacitā mentez partiū. ar. l. nō dis. in prin. ff. si cer. pe. ⁊ nō est verisimile ꝙ vroꝛ de tali casu cogitasset. ergo etiā si lege ꝓmittēte vroꝛez occidat nō lucrabit dotē. hoc etiā tenuerūt bal. ang. ⁊ aler. in. d. l. si ab hostibꝰ ⁊ alij moderniores. Et christophorus de nicelis in. d. §. fi vir. quē refert ⁊ sequit ibi lanzelotus pō derās ad hūc illū tex. satis subtiliter. Ad idē facit. l. inter duz. §. q finē. ff. de furtis. vide bal. in. l. marit. C. ō carbo. edicto. ⁊ in. l. j. ver. extra quero. C. vnde vir ⁊ vroꝛ. qui idem tenet.

¶Cum autē in casu nostro morte vroris donatricis cōfirmetur donatio ꝓpter presumptam voluntātē que durat nisi reuocatio ꝓbetur vt. c. maiores. de baptis. ⁊ supra dictum est. que tamen volūtas hoc casu nō presumitur durare. quia non est verisimile ꝙ vroꝛ de hoc casu cogitauerit: ergo per cōsequēs nō cōfirmabitur vroris morte. ¶Non obstat si dicatur vt dicebat raphael in. d. l. si ab hostibꝰ. ꝙ imo videtur vroꝛ saltem in genere de hoc cogitasse cuz poterit accidere ꝙ si maritus eam adulterantē inuenisset: occideret marie lege vel statuto ꝓmittente: ergo perinde haberi debet ac si specialiter ⁊ expresse de hoc cogitasset. ar. l. sub pretextu. la. ij. ⁊ ibi doctores. C. de transac. ⁊ in. l. qui iure militari. ff. de testa. mili. quoniam ad hoc respondet ale-

10 xan. in. d. l. si ab hostibus. dicēs ꝙ in † generali cogitatiōe nō venit illud quod quis in specie nō esset verisimiliter cōcessurus. vt. d. l. obligatione generali. ff. de pigno. ⁊ c. fin. de offi. vica. li. vi. ⁊ in regula. i generali. de re. iu. li. vj. cū cōcoꝛ. ⁊ traditur in. §. item seruiana. insti. de actio.

In generali ꝙcessiōe nō venit illō qō qs non esset in specie ⁊c.

¶Ex quo dicebat ibi ang. in prin. ꝙ † vestes quotidiane ⁊ alia fine quibus viuere quis nō potest saltem honeste: nō veniūt in ge- 11

nerali hypotheca bonoꝝ. qꝛ de illis nō est verisimiliter cogitatum. 12 ¶Et per hoc infert ꝙ † libri sine quibus scholaris sine dedecoꝛe ⁊ maximo damno viuere nō potest nō veniunt in generali hypotheca vel obligatione. qō est no. vñ ad propositum si hoc in spē cogitasset mulier nō est verisimile ꝙ consensisset hoc casu maritum dotē vel donationē lucrari: ergo ⁊c. ¶Et q̄ꝫ hodie secūdum leges regni ista inuestigatio nō videatur necessaria ꝓmo aspectu eo ꝙ vroꝛ ꝓpter adulteriū ꝑdit omnia bona sua: tu dicas imo necessaria est ⁊ vtilis ista cōsideratio. qꝛ si dicimus donationē factam ab vroꝛe cōfirmatam per mortem vroris res donate efficiuntur proprie ipsius mariti ⁊ potest ad libitū de illis disponere etiā si filios habeat. quod non potuisset quando

No. ꝑ legibus regni ⁊ vide. l. ante pe. tauri.

illa acquirit propter vroris adulteriū stantibus filijs. vt dicte leges disponunt. ¶Tene ergo menti conclusionem predictam pro qua facit quod voluit bal in. l. hereditas. in

13 fi. C. de bis quibꝰ vt indig. vbi dixit ꝙ si † heres occidit testatoꝛem: efficitur indignus ⁊ hereditas defertur fisco. iuxta not. in. l. bis consequenter. ff. familie herciscunde. si sunt duo fratres ⁊ vnus occidit fratrem: sua poꝛtio confiscatur. vt. d. l. bis consequenter. §. j. secundum bald. in. d. l. hereditas. qui repꝛehendit barto. contrarium tenentez in. d. l. bis consequenter. idem tenet bal. in. l. eam quā. ij. co. verſi. bec faciunt ad questionem. C. ō fideicommi. ¶Et propterea dicebat no. idem bald. in. l. j. ver. extra quero. C. vnde vir et

14 vroꝛ. ꝙ maritus † occidens vroꝛem perdit mero iure ius succedendi ei. vnde ab eo velut ab indigno auferꝛ hereditas: quia nullo modo ei succedit per dictam. l. si ab hostibus. §. si vir. qui enim occidit videtur diuertisse sua culpa. vt. l. consensu. C. de repu. ⁊ in hoc omnes sequuntur euz. sub

15 dit tamē ille † secus esse in eo qui occidit eum cui succedere debet iure sanguinis: quia non priuatur successione ipso iure imo sibi acquiritur ⁊ postea fisco applicatur. vt. l. cū ratio. §. fi. ff. de bonis dānatoꝛum. ⁊ cum hac decisione transeunt ibi pau. ⁊ ro. Sed saly. tenet contrariū quem sequitur ibi alex. fin. co. ⁊ in. d. l. si ab hostibus. ij. co. vt ibi latius per eum. ⁊ per franciscum aretinū in. d. §. si vir in. iij. co. qui allegat glos. quā reputat singularē approbatam per bal. in. c. j.

16 §. similiter. quibus mo. feu. ami. li. feudoꝛū. vbi dicitur ꝙ † si frater interfecit fratrem suum priuatur feudo ⁊ defertur agnatis sequentibus est paternum: quia non applicatur fisco: vel domino quia iā erat ei ius quesitum per inuestituraꝛ. vt ibi latius per eū. ¶Imo si frater occidit fratrē liberos nō habentē ⁊ intestatum etiam filij interficiētis nō succedunt ei per. l. fi. in fi. ff. de bonis dāna. ita no. dicit fuisse determinatum Jo. an. in additionibꝰ ad specu. in rubr. de successio. ab intesta. in princ. Ergo per cōsequens idem erit in marito occidente vroꝛē vt apparet ex predictis. de quo videas singulariter campetiū. in suo tractatu de dote. v. parte. ij. q. cum tribꝰ sequentibus. ¶Facit quod in simili dixit

17 bal. cōsi. l. iij. parte incipit: super eo. ꝙ frater † substitutus per fideicōmissum sub conditione mortis nō consequitur si fideicommissum si fratrem interficiendo faciat conditionez mortis existere. ne dolus ei profit. vt. d. l. si ab hostibus. §. si vir. quia non videtur testatoꝛ bonoꝛem ei dedisse hoc casu. ar. de leg. ij. codicillis gays. §. pe. ⁊ sic homicida pdit substitutionem de eo factam per mortez fratris ab eo occisi secundum eum. idem tenet anchar. in cle. j. in fin. de peni. ⁊ remi. quem refert ⁊ sequitur andreas ficu. in. d. c. raynaldus. xij. col. verſi. ⁊ hoc do. pe. s. de test. in repetitione. Ex quo infertur quod si maritus alicuius mulieris occidit fratrez mulieris maioratū habentem: ad quam post fratrez absq̄ filijs decedentez erat vocata: probabiliter dubitari potest an succedat soroꝛ cuius maritus idemq̄ occisoꝛ vtetur vsufructu illius maioratus vel alterius rei in qua frater succedit viuente vroꝛe. ⁊ an ea mortua succedat eius filius eiusdemq̄ occisoris. videtur per iā dicta ꝙ marit⁹ occisoꝛ nō debeat baberе cōmodū ex bonis que a fratre vroris occiso prouenere. cogitabis. soroꝛ vero ⁊ filius qui nō fuerunt delicti participes bene succedēt maxime in bonis maioratꝰ q̄ non prouenīūt a fratre vroris occiso: sed a primo instituēte vt sunt iura vulgaria. l. cū pater. de lega. ij. l. coheredi. ff. de vulg. ⁊ pupil. cū similibꝰ. ad ꝑdicta vide que dixi. s. §. lxvij. in fi. in additione.

Vidi in practica.

18 Ratio predictorū potest esse: qꝛ † verba generalia legis cōfirmātis donationē inter cōiuges morte donatoris: nō debēt extēdi ad donatariū homicidā seu donatoꝛē occidentē: qꝛ verba gñalia debēt referri ad merētes nō aūt ad indignos vel odiosos etiā i materia mere fauoꝛabili: vt in vltimis volūtatibꝰ. est tex. no. in. l. luciꝰ. §. luciꝰ titius dāna. ff. de leg. ij. per quā. l. dicebat bald. in. c. fi. j. co. de presumptio. ꝙ papa nō presumit velle, puidere indignis: qꝛ odiosi nō ꝙhendūtur in gratijs. l. testamēto cēturio.

Actus actiuorum.

19 ff. de manumis. test. Actus † enim actiuoꝝ sunt in patiēte bene disposito ſm philosophum. ij. de aīa. probatur in c. venerabilē de electione. ⁊ luc. x. matth. x. marci. vj. ¶Ex quo videtur inferendū ꝙ lex regni que cōcedit vroꝛi medietatem lucroꝝ habitoꝝ constāte matrimonio de qua late i precedētibꝰ dictū est: debet intelligi de vroꝛe q̄ caste vixit nō de ea que in vita mariti eo forte inscio: vel post eiꝰ morte incōtinenter vixit: vt dictū est supra. §. lxvij. in prī. vbi plura addidi in fine illi⁹. §. que per te videas. vbi iter cetera di-

No. vro ds re luxurio sa vel maritū occidēte.

20 co de † vroꝛe maritū occidēte an debeat habere medietatē bonoꝝ cōstāte matrimonio lucratoꝝ. ⁊ videtur ꝙ nō ꝑ iam dicta.

iam dicta. sed in ꝙtrariū facit qđ ibi scripsi. v. ex quo inferꝝ & in additione vltima incipiente. ista faciunt. Cogitabis.

Qñ vir procurasset adulterū vroris ꝓpter qđ eā occidit.

21 ¶Et hoc maxime ꝓcedit si maritus † procurasset vel fuisset causa immediata ꝙ vxor adulterium commisisset: nam tunc etiam si lege ꝑmittēte vxorē occideret: indistincte non haberet lucrum dotis nec donationē sibi ab vxore factā. arter. & quod ibi nota. abba. in. c. postulastis. de concess. ꝓben.

2 notabiliter probatur ſz abb. q̃ hec conditio est honesta: accipiam te in vxorem si centum mihi donaueris. nã si nõ esset honesta non suspendisset sponsalia de quibus ibi: sed haberetur pro non adiecta: vt. c. fi. eo. ti. debet enim intelligi q̃n cessat presumptio inordinati affectus: q̃ iteruenit iusta causa & honesta istius pmissionis: vt fi. nobilis ꝙtrahit cum plebeio vel iuuenis cum sene: non esset inhonestum si promitteretur aliquid ipsi nobili vel iuueni in compensationem nobilitatis vel iuuentutis ſm Bar. vbi. ũ. & Abb. in.d.c. de illis. de quo late dixi in rubri. col. cxxiij. §. vno tñ casu. & iste intellectus ad illum tex. est planus & tutus q̃is diuinat: & aliqualiter restringit tex. ſm Fran. are. in.d.§. si tibi nupsero. j. col. qui aliter loquitur. & finaliter cogitandũ relinquit. Sed in casu de quo agitur nulla est calumnia: eo quod lucrũ non promittitur a viro mulieri: qõ est prohibitum ratione presumptionis inordinati affectus. Sed promittitur a lege vel a patre qõ fieri põt: vt ex predictis satis apparet. Si igitur in casu nostro filia non adimpleuerit illud ad qõ sub spe lucri inuitatur matrimonium contrahendo absq̃ parentũ cõsensu: lucrum minime consequek. Hoc fere in terminis nostris decidit Oldr. consi. xvj. incip. the-
3 ma est vbi dicit q̃ † si testator instituit filios heredes & mãdat eis q̃ non contrahant matrimonium nisi cum filiabus mercatorũ. & si contraxerint priuat eos hereditate vltra legitimam: istud preceptum valebit. & si nõ seruak a filijs p̃ditur hereditas: q̃ hic admittitur lucrũ: cuius amissio toleratur si aliquis inuitatur ad matrimoniuz sub spe lucri. Hanc decisionẽ vt singularẽ reassumit anch. in regula. nemo potest. de reg. iur. li. vj. ũ. charta. in repeti. ¶ Dau. de ca. in.l. hoc genus. ff. de cõdi. & demon. Fran. are. in.l. si ita stipulatio. in fi. & in.d.l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupserо. co. ũ. ver. dicit etiã hic Bar. & latius in.l. titia. co. iij. ver. in glo. posita super verbo. ob statutam &c. ff. de ver. ob. Fely. in.c. ũ. in fi. ũ. de treuga & pace. ¶ Ad cuius confirmationez facit q̃ in simili dicimus. stipulatio penalis nõ potest impedire matrimonium contrahi: nec ipsum contractum dissolui: vt. d.l. si ita stipulatio. ff. de ver. obli. potest tñ qs inuitari spe lucri ad matrimoniũ non dissoluendũ: vt probatur in.l. ea que. ff. isto ti. ſm vnũ intellectũ. ita dicit Frã. are. in.d.l. si ita stipulatio. reputãs hoc valde nouum i ista materia sic limitans singulariter illam.l. q̃ licz dissolutio matrimonij non possit impediri per penam. potest tñ impediri per amissionẽ lucri: etiã si p̃cedat ab altero ex cõiugibus: qñ ex promissione quã facit maritus vxori: vel ecõtra promittendo lucrum. volẽs per hoc euitare dissolutionem matrimonij: non presumitur inordinatus affectus: q̃ vult idem qõ lex. ſ. q̃ matrimoniuz non dissoluatur immo duret & conseruetur. Verum est q̃ huic decisioni multum aduersatur tex. no. in.l. vxorem. §. heres. ff. de leg. iij. vbi si testator prius disponit pure: & postea iniungit aliqõ onus heredi: & si illud non adimpleat priuat eum relicto: tũc dispositio pura non fit cõditionalis sed est pena adiecta a testatore que resoluit ius purum & quesitum. Unde in casu Oldradi prius videtur legatũ purum per q̃ filijs acquiri tur: si postea adijciat onus conditionale videbitur legatũ purum sibi adimi deficiente conditione. & ita adimit lucrũ querendum sed quesitum q̃ esset pena. Nam amissio lucri iam quesiti est damni incursio: vt dicit glo. valde no. in.l. j. §. si quis autem. ff. de iti. actuq̃ priua. nisi dixeris q̃ dãnũ quod habet originem a lucro computatur vt lucrum seu vt amissio lucri: vt sentit gl. sing. in.l. si duo. in ver. scire potuit. ibi: tym quia originez habet a lucro. ff. de acqui. here. & propterea sicut potest alicui auferri lucrum querendum sic & lucrum iam quesitum. ad hoc est glo. in terminis in.c. cum ſm leges. de hereti. li. vj. in verbo certo casu. que vult q̃ si mulier rapta que ex iuris dispositione lucrum acquisiuit ex bonis raptoris: eidem raptori postea consentiat matrimonium contrahendo: perdit lucrum iam quesitũ: quã glo. approbãt ibi aliqui docto. nõ leuis autoritatis. & Anto. in.c.j. ũ. de spon. & multi alij de quibus. ũ. habita est mẽtio. col. ccxl. ver. bñ facit. p qua glo. est tex. multũ cõmẽdandus & nõ solutus allegari ad hoc in.l. ea que. ff. isto ti. ſm verum intellectum vbi est casus singularis q̃ sicut ad matrimonium põt quis inuitari spe lucri ita possit inuitari per amissionẽ lucri iã quesiti. ad hoc allegatur & cõmẽdatur ille tex. per Fran. de are. in.d.l. si ita stipulatio. in finalibus verbis. & q̃ sic debeat intelligi tex. in.d.l. ea que. sentit glo. in.l. ũ. C. de inuti. stipu. dicẽs q̃ dãnum qõ incurrit mulier erat potius amissio lucri: attẽto q̃ illã pecuniã illa mulier erat lucrata ex donatione viri. quã glo. ad hoc tene mẽti. & hũc intellectũ videnk sequi Bar. & alij. i. d. l. titia. & ibi Frã. are. iij. co. ¶ Sed q̃is ista vera sint vt tñ ois tollatur occasio: tutius erit q̃ pater faciat institutionẽ conditionalez dicẽdo. instituo filios heredes: vl lego filijs si matrimoniũ ꝯxerint &c. Nã tũc institutio vel legatũ ẽ ꝯditionale: & inuitat ad mrimoniũ spe lucri. q̃ si nõ fiat admittit lucrũ querẽdum non quesitũ. & hoc modo sustinebik decisio Oldradi. ¶ Ex qua decisione sic qualificata infertur vnum magni faciendum in proposito nostro: q̃ non solũ per legem p̃dictam. artabitur filia in suo matrimonio requirere parẽtuz cõsensum: verũ etiã poterũt parẽtes eã artare ad requirendum cõsensum filioz post mortẽ parentũ si in suo testamẽto dicak: instituimus filiã heredẽ in decima vel duodecima parte bonoz q̃ habemus. Si tñ cõtraxerit matrimoniũ ad votũ fratrũ suoz vel titij fratris sui legamus sibi vltra legitimã talẽ rẽ vel tantã pecunie quantitatẽ. bñ eñ poterũt parentes hoc facere meo iudicio: vt ex p̃dictis apparet: q̃ reputo valde notandũ. ¶ Nõ obstat si dixeris q̃ lz ad matrimoniũ cõtrahẽdũ aliqs possit inuitari spe lucri: vt. ũ. dictũ est: hoc nõ p̃cedit in filio sub ꝯditione herede instituto: vt est tex. signãdus in.l. si qs in testõ. ff. de condi. insti. & ibi no. Bart. q̃ si filius nõ implet cõditionẽ: nõ dicik p̃dere lucrũ: qñ hereditas est sibi quasi debita: vt. l. si patronus. ff. de dona. & in.l. & q̃. in ver. quasi debita. ff. ꝙ soc. & in.l. si q-

Lex regni.

¶ Põt quis ad mrimoniũ inuitari spe lucri.

Hereditas patris est q̃si debita filio.

legatū.in fi.ꝛ ibi glo.ff.ad.l.corne.de fal.ꝛ.l.fi.§.j.C. de cur. fur.ꝛ.l.vnica.C.de his qui ante aper. tab.ꝛ.l.j.§.pen.C. de codicil.gl.in.l.fi emācipata.C.de iur.ꝛ fac.ign.ꝛ in.l.fi duo ff.de acq.hered.ꝛ in auth.de hered.ꝛ fal.§. fi aūt nō implēs. Et licet ter.in.d.l.fi quis in testō.nō loquitur in matrimo-
5 nio sed de adoptione.eadem tñ ratio est in vtroq:qꝛ † adoptio etiā prohibetur fieri metu pene:vt.d.l.vroze.§.heres de lega.iij.ꝛ videtur de mente Bar.in.d.l.fi qs in testō dū dicit ꝙ extraneus pōt inuitari ad adoptandū spe lucri p d.§.titio centū.ꝛ sic materiam adoptionis trahit ad matrimoniū ꝛ econtra. ¶ Ad ista responderi pōt ꝙ.d.l.fi qs in testō si bene aduertaꝝ probat contrariū eius ad qō inducitur ꝙ ly hereditas patris dicatur filio quasi debita in dispositiōe,tñ iuris que agit de amissione huius hereditatis cōputatur tanq̄ lucrū:vt voluit gl.no.in.d.l.fi emancipata,ꝛ ibi no.Bal.dicēs p eā ꝙ qñ lucraꝝ qs illud ꝙ ē sibi q̄si debitū dicitur lucrari,ꝛ iudicatur sicut de eo qui lucraꝝ: ꝙ dicit esse notandū.de qua glo.faciunt festū multi de qb⁹ ibi per Jas.col.j.in fi.ver.circa secūdā partem. Et Fely.in c.j.col.x.§.de rescrip. ¶ Paulus de monte pico in solēni repetitione.l.in quartam.ff.de aequi.hered. Franciscus aret. in.d.l.titia.iij.col.ff.de ver.ob.faciūt iura pꝛeal. Sed quāuis hereditas patris dicatur quasi debita:de illa tamen iudicatur tanq̄ de lucro non tanq̄ de dāno cuitādo: vt notāter dicūt Bar.ꝛ Bal.in.d.l.fi emācipata.ꝙ gl. ibi posita:q̄ hoc vult.de quo meminit Bartho.sozi.consi.j.in fi.ꝛ infert ad casum:de quo ibi per eū. Si aūt legitima est quasi debita filio ꝛ pater eā filio in vitā cōcessit: videꝝ debitum vel quasi debitū soluere:ꝛ q̄ñr nō eñ meliozare in recessa nisi tunc demū qñ vltra legitimā ꝛ cōcessit.ita intelligēda est lex regni in curȳs taurinis.xxvj.inci.si el padre leur.tene mēti.qꝛ plures in hoc decipiunꝝ.vide que dico.j.§.xxij. ad finē. ¶ Et secundum hoc videꝝ aretinus sentire ꝙ potuisset pater inuitare filiā ad cōtrahendū matrimoniū sub spe lucrāde legitime:ꝛ q̄ñr posset hoc grauamē filio i legitima apponere:ꝙ mihi nō videꝝ tutū ꝓpter.l.qñ in priorib⁹,ꝛ.l.qñ nouella.C.de inoffi.test. ¶ Quapropter ego aliter dicerē ꝛ forsan melius ꝙ Oldr.nō loquiꝝ de grauamine appositō in legitima. ¶ Nā in casu quo ipse loquiꝝ non inuitat pater filios ad lucrū legitime sed ad lucrandum id ꝙ vltra legitimā sibi relinquiꝝ.ita etiā glo.loquiꝝ qñ legitima filie erat per legē designata:ꝙ possit pater aliquid vltra legitimā filie relinquere in testamēto si cū fratris q̄sensu matrimoniū contraxerit. Et p ista arbitror de iure legē posse fieri ꝛ sustineri circa matrimonium filie.cogitabis tñ qꝛ nō reperio ita declaratū p aliquē. ¶ Alȳ tñ dicebāt ꝙ fieret lex aperte requirēs in matrimonio filie parentū q̄sensum ꝛ si eo pretermisso q̄traheret posset exheredari.postea approbareꝝ per romanū pontificē.ego nō sum huiꝰ cōsilȳ particeps:qꝛ ex quo reges nostri xp̄ianissimi modo p̄dicto possunt legē cōdere:nō est opus in suis legib⁹ regrere pape cōfirmationē. ¶ Unum demū ad predicta dixi addendū ꝙ ꝛ si †
6 stipulatio penalis nō possit iteruenire circa matrimoniū q̄ hēdū:vel vt q̄ctū nō dissoluaꝝ:vt.§.late oñsum est.p q̄seruādo tñ mꝛimonio vt q̄iuges honeste ꝛ pudicevi uāt ꝛ vt occasio adulterādi tollaꝝ:hñ pōt interuenire penalis stipulatio:ꝛ ꝓpterea pōt vxor a marito stipulari penā si redierit ad q̄cubinā:vel q̄cubinam acceperit:vt est casus lr̄is aureis scribēdus in.l.ex ea parte.§.mulier.ff. de v̄.ob. vbi lr̄a dicit,mulier ab eo i cui⁹ mr̄imonio q̄uenicbat stipulata fuerat ducēta si q̄cubie tpe mr̄imonȳ q̄suetudinē repetisset:nihil cause eē rñdi cur ex stipulatione q̄ ex bonis moribus cōcepta fuerat:mulier impleta q̄ditione:pecuniam assequi nō possit:ꝓpter bonos igiꝝ mores q̄seruādos inter cōiuges admittitur inter eos penalis stipulatio: qō est hñ notandū p̄m Odof.Bar.ꝛ alios ibi.ꝛ Bal.in.l.fi.in fi.C.de spon.qꝛ ly matrimoniū debeat esse liberū:tñ executio matrimonȳ dꝫ esse honesta:ꝛ nō dꝫ aliquid fieri nec per virum nec per mulierē ledēs pudorē matrimonȳ:vt.d.§.mulier. idē ꝺt Odof.Bar.Bal.ang.Jo.de imo.ꝛ Paul.ꝛ Franc.
7 are.per illū ter.si aliqs † ludat multū ꝛ faciat instrumētum amico suo in quo ꝓmittat nō ludere: ꝛ si ludat ꝓmittit sibi dare tñ noie pene,nā valebit instrumētū ꝛ stipulatio.facit ꝙ not.in.l.fi.C.de alea.ꝛ per hoc sumiꝝ cautela p quā quis retrahiꝝ a ludo sicut a tenēdo q̄cubinam ꝓpter bonos mores q̄seruādos.eraspeꝝ eñ mulieres quantūcūq̄ castissime p retētionē cōcubine a maritis:vt.l.q̄sensu.C.de repu.
8 ꝛ auth.de nup.§.minozes.col.iij. ¶ Et inde est ꝙ † sicut p seuitia mariti pōt vxor ab eo recedere:nec est ei restituēda: nisi cautionē idoneā p̄stet de eius indēnitate.c, trāsmissa,et c.literas.ē.de resti.spo. ita si vir tenet concubinā pōt vxor ab eo recedere:nec erit ei restituāda nisi p̄stet cautionez de expellēda cōcubina ꝛ nō tenēda vel reassumēda etiā p appositionē pene vt dictū est:qꝛ nō bñ q̄ueniūt nec in vno lecto morarꝝ vxor ꝛ cōcubina: qꝛ focaria solet insidiari vite vxoris.ad h̄ facit gl.no.in filii in.l.nō aliter.ff. de vsu ꝛ habi.q̄ dicit ꝙ scholaris † nō pōt in domū inducere ganeas, 9
ita no.voluit Bal.in.c.j.ē.vt lite non contesta.j.col. ver.ibi impunitate.refert ꝛ sequitur ꝛ multū cōmēdat Alexādrin⁹ in.c.ex parte. in fin.ē,de spon.dixi.ē.in rubri.§.lxiij.ad fin. ver.ꝛ hinc est. Adde ꝙ † dimittens vxorem ꝛ adherens cō- 10
cubine: tandiu dꝫ esse cōmunione priuatus ꝛ a cetu hoīm alienus q̄diu a cōsortio vxoris fuerit separatus. ꝛ si semel bis ꝛ ter monitus nō redierit priuatur sua dignitate ꝛ non pōt ferre testimoniū donec ad vxorē redeat.c.ꝑceptū.xxxij. q.v.poterit ergo vxor ciuiliter agere cōtra maritū vt cōcubinā dimittat ipsam etiā cōcubinā accusare pōt ciuiliter et cōdēnatā facere incarcerari donec soluat penā:ita no.dicit Saly,in.l.j.co.xxvj.in.iij.oppositione.C. de adul. qō tenemēti. Si tñ fieri pōt melius faciet a principio ꝑcurare totisq̄ viribus laborare obuiādo marito ne concubinā acciat:vt pulchre docet Fran. barbatus in suo libello de re vxoria.li.ij.in prin.quē rogo videas.vbi etiā subdit ꝙ vxor que zelotipie causa marito grauis est: de repudio meditatur ac cogitat:ꝛ sic sancta loquiꝝ a vbi nā pelex cuius odio me in pristinū dedo latior erit ac fortunatior q̄ si me pene naufragam viderit. Cū ipsa secūdis vētis adnauigans in luce geniali choro secure statuta est:vt ibi plenius per euz. satagat igitur vxor quantū pōt vt marito placeat ne eiusdem vxoris tedio deterior efficiaꝝ verecūdia oīno post habita.ꝛ si q̄ñ inter eos discordia fuerit vxor concordiā oīb⁹ vȳs ꝓcuret. Antiquitus enim apud romanos q̄ñ dissentio inter virū ꝛ vxorem incidisset viri plane dee templū introibant vbi remotis arbitris collocuti liberius cōcordes domi redibant. Unde cum matrona orbata viro amice alteri matrone hispane rogasset vt virū hispanū sibi in maritum quereret etate media inter senē ꝛ iuuenē qui eaz defenderet honoraretq̄. At hispana sagax atq̄ callida post aliquot dies talē inuenisse virum romane matrone nūciat: gallico tñ morbo mentulā amisisse:tunc romana tristari cepit:et in quisq̄ effecta magis erat mesta. Hispane vo tristitie cām petēti rñdit me miserā. Si aliq̄n inter nos rixe ac dissensiones contingat: quo medio ad pacez deuenitur.significans p hoc mentulā esse mediū p qō coniuges discordantes ad pacē reducuntur. ¶ Si tamen noluerit a marito recedere poterit cōpellere maritū ad dimittendū concubinā per iudicē ecclesiasticū sub pena excōicationis:vt.c. fi concubine j,de sen.excō.no.in.c.romana.eo.ti.li.vj.ver. offendiꝝ.facit qō habeꝝ in auth.vt li.ma.ꝛ auie.§.si qs in sua domo. ¶ Posset etiā iudex secularis cōpellere remedȳs secularibus cum ad eius officiū pertineat vt boies honeste viuant:vt.l. iusticia,ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ ibi Martinus de fau.ꝛ Albe.ita dicit no. ¶ Pau.in.d.§.mulier. Cui in hoc vltimo q̄tradicit Frā. are,ibi motus:qꝛ concubinatus de iure canonico est reprobatus etiam non habēti vxorem.xxij.q.j.c.nemo.ꝛ.c.seq. secus tñ est de iure ciuili:vt.l.in concubinatu.ꝛ ibi Barto.ff. de concubi.si aūt est crimen soluz de iure canonico dicit ꝙ iudex secularis nō poterit intromittere.c. vt inquisitionis §.prohibemus.de bereti.lib.vj.ꝛ quod plene no. doc.in.c. cum sit generale.de fo.compe.tu dicas ꝙ illud procedit in concubina secreta:secus in publica:vt in simili notāter decidit Ancha.consi.cxcvij.in.ij.q.incipit magnifice.de quo statim fiet mentio,ꝛ presertim hodie ꝑm iura regni que prohibent expresse concubinatum: ꝛ imponūt penā ei qui habet concubinam publice ꝛ etiam ipsi concubine.nā si cōiugatus publice teneat concubinā perdit quintā partē bonorum suoꝝ vsq̄ ad quātitatē decē milium nūmoꝝ pro ipsa maritāda:ꝛ si illa matrimonium cōtrahere noluerit: tertia pars applicatur accusatori: alia vo tertia iustitie, reliqua fisco:vt statuit rex Joanes primus in oppido de briuiesca era.mcccl.xxxvij.l.xvij.que incipit ordenamos.ꝛ.l. seq. statuit contra cōcubinas publicas clericoꝝ ꝙ vltra alias penas concubinas publica clerici vnā argēti marchā soluat: tertia pars accusatori.due vo partes regis camere applicētur. Supuenerunt postea reges nr̄i xp̄ianissimi toleti anno mccccl.xxx.l.lxxj.incipit.muy honesta cosa, approbauerūt leges p̄dictas.statuerūtq̄ ꝙ cōcubina clerici vel monachi vel q̄iugati p prima vice soluat vnā marchā argēti: prout dicte leges disponūt.p scōa vice exulet cōcubina a ciuitate vel loco vbi moratur.p tertia centum flegellis publice fustigetur:

An vxor p̄t stipulari penā si habuerit concubinam.

Lex regni. Cōtra concubinas.

Innent⁹ qñ dicatur qs.

stigetur vt latius in.d.l.cõtinetur. ¶ Et qz nõnulli errant intellectu ꝛ executiõe istarũ legũ (quis metas ꝓpositi nostri excedamus: qz nõ erit in hoc opusculo accõmodatioꝛ locus ad declarandũ) breuiter quãtum possibile fit declarabo ne imperiti iudices in futurũ errent ficut hactenus errauerunt. ¶ In primis igitur põderare debẽt iudices verba illius legis signãter inquãtũ dicit qualquier muger que fuere fallada ser manceba de clerigo o casado. ꝙ nõ ppter ea requirit ꝙ debeat capi i eodẽ lecto vel mẽsa put aliqui opinãtur ꝛ male: moti ex eo ꝙ nũq̃ dicit aliqs inuent⁹ in delicto nisi apprehẽdatur: vt est ter.no. ſm Bar. Bald. et Ang. ꝛ alios in.l.ſi barsatorẽ. C. de fideiu. ꝛ in.l.j. in prin. ff. de acq.pos. ꝛ ibi Bar. col. vi. ver. quarto principaliter q̃ro ad idẽ. l. nunq̃. §. thesaur⁹. ff. de acquir. re. do. ꝛ in. §. thesauros. insti. de rerum diui. ꝛ ibi not. Ang. de are. in fi. vt. c. cũ non ab hoĩe. s̃. de iudicijs. ꝛ ibi gloſſ. in verbo deprehensus. Ex quo inferunt Barto. ꝛ alij in.d.l.ſi barsatorem qõ ſi dictat ſtatutum quod ſi quis inuentus fuerit cum armis perdat arma ſi non eſt captus: non dicitur inuentus quia non ſufficit ſola viſio ſine captione. Idem ſi dicat ſtatutuz ſi quis inuenerit lupũ habeat cẽtũ: intelligit ſi eum interfecerit ſm Bal. Idẽ ſi dicat ꝙ ſi quis fuerit inuẽtus in ludo: q̃m oportet ꝙ apprehendat per familiã in ludo ſm Ang. ibi. Idẽ ſi dicat ſtatutũ ꝙ dñe inuente fuerint cũ perlis ſoluant decẽ. Nã ſi ſunt viſe per officialẽ ꝛ non retente non debẽt ſoluere decẽ ſm Bal. in.l. itẽ lapil. §.j. ff. de reꝛ diui. refert ꝛ ſequitur Ang. de Are. in tractatu maleficiorũ in parte dictus And. armatus. ij. col. ver. ꝛ facit ad ſtatutũ. ꝛ auguſtinus in additionibus ad Angelum ibi ꝛ in parte fama publica ſuper. q. xij. vbi dat remiſſionem quã videss. Ad idem facit. c. ad abolẽdã. §. qui vero inuenit. de hereticis. c. excõicamus. primo ver. qui vero inuenti. eod. tit. ¶ Et his aliqui iudices decipiuntur ꝛ cõſueuerunt aliquas mulieres ꝛ nonnullos clericos infamare: multis inſidijs ꝛ cauillationibus vtentes: vt clericos ꝛ mulieres occulte ſimul coeuntes: in eodem lecto iacentes capiant: quaſi de tali inuentione ꝛ captura loquatur lex. Quo fit vt occulta delicta publicentur ꝛ manifeſta fiant. Conſtantinum imperatorẽ ſanctiſſimũ male imitantes. vere ſi propijs inquit oculis vidiſſez ſacerdotẽ dei: aut aliquẽ eorum q monachali habitu circũ amicti ſunt peccãtẽ: clamidẽ meã expoliarẽ ꝛ cooperirem cum ne ab aliquo videretur: vt habeꝛ in.c. in ſcripturis. xcvj. di. ex hoc enim infamantur rei: ꝛ populus ſcãdalizatur. Nunc autem leue clericorum delictum inexpiabile cenſetur cunctiq̃ prophani illud palam facere oĩbus geſtiunt nefarium ac ſceleratum cham imitati: qui dormiẽtis patris pudenda non operuit: ſed alijs ridenda mõſtrauit. Señ. ix. c. ij. q. vij. c. ſententiã que res non niſi ab extrema malignitate procedit. ¶ Et propterea aliqui audebãt dicere quod ſtatutum laicorum editum cõtra concubinas † clericorum nõ valet: quia ſunt de foro eccleſie: vt dicit gl. in.c. cos. in ver. indulgem⁹. xxxij. di. ꝛ ſequũtur ibi archid. ꝛ dñicus abbas poſt anto. in.c. cum ſit generale. de fo. cõpe. colũ. xij. Abba. in.c. ſi concubine. j. de ſentẽ. excom. Sz illud poteſt intelligi de concubina occulta: ſecus de publica. vt no. decidit ancha. conſil. cxcvij. incipi. magnifice ꝛ illuſtris princeps. ꝛ in regula ea que. de reg. iur. li. vj. penul. charta. ver. xxij. quero. cum qua deciſione tranſit Joã. de anania in rubrica de adulterijs. vlti. co. de quo videas modernos ſignãter Fely. in.c. eccleſia ſancte marie. s̃. de cõſti. colum. lxxvij. ver. xvj. quero. Vide que dixi. s̃. in ru. §. xxxix. in princip. ꝛ plenius in.c. ij. de iudi. in ſeptima illatione in meis recollectis. ¶ Redeundo ad rem illa verba fuere fallenda non habent illum intellectum. Sed volunt quod debeat probari per teſtes vel aliam legitimã probationẽ.

14 Nam † ille dicitur inuẽtus in delicto contra quẽ maleficiũ probatur: vt. l. ij. ff. de cuſto. reo. ꝛ l. j. C. de rap. vir. ꝛ ita tenẽt ang. ꝛ Jo. de imo. ꝛ alij in. l. ij. §. neratius. ff. de neg. ge. Bal. in.c. ppoſuit. s̃. de appel. ꝛ ibi Alexãdrinus in. ij. co. quẽ vide. Jſta aũt pbatio dz eſſe talis que concludat mulierem eſſe concubinam publicam clerici monachi vel coniugati vt requirunt leges predicte: vt puta ſi publice tenebat iſtam mulierem ſcientibus ꝛ videntibus vicinis: dãdo ei publice neceſſaria. ar. l. ſi vicinis ſciẽtibus. C. de nup. ita dicunt doc. ſignanter Hoſti. ꝛ Jo. an. in.c. de illo. s̃. de eo q cogno. conſang. vxo. ſue. ꝙ dictum valde commendat ibi Abb. ad materiam. c. veſtra. s̃. de cohabi. cle. ꝛ mu. vt fornicatio † clerici dicatur notoria ſine alia probatione ſi publice tenet concubinam. pro quo videtur ter. in.c. tua. e. tit. iuncta glo. in ver. nec ex euidentia. que hoc clare vult ꝛ eaz notabis ſm Abba. in.d.c. de illo. facit ter. in.c. tranſmiſſe. de eo qui cog. conſan. vxo. ſue. in verbo publice. ꝛ in.c. exceptionez. s̃. de excep. quod exponitur ſm Catholicon id eſt populice. eſt dicere ꝙ communiter ſcitur in populo ſaltem apud vicinos apud quos eſt communiter notum. itaq̃ in plus ſe habet verbum publice: ꝛ potentius eſt q̃ verbũ palam. Nam palam † dicitur factum qõ fit etiam ab vno coram aliquibus. l. palã. ff. de ver. ſig. Sed verbum publice maiorem requirit notorietatem vel publicitatem: vt notanter declarat Saly. melius q̃ alius. de bis quos vidi in. l. eaq̃dem. char. pe. ver. quarto iuxta hoc quero. C. de accuſ. allegat. l. i. §. publicum. ff. de iuſti. ꝛ iur. ꝛ. l. ſeruũ quoq̃. §. publice. ff. de procu. ꝛ. l. non erit. §. ſi quis. ff. de iureiur. ꝛ. l. de pupillo. §. ſi quis rivos. ff. de no. ope. nũ. vbi publice exponitur. i. populice. ꝛ glo. in rub. ff. de publi. iudi. ꝛ inſti. eo. in prin. ꝛ inſti. de ſuſpec. tuto. §. conſequens. exponit publica accuſatio. i. populica. Ad predicta allego glo. valde ſingularem ꝛ magiſtralem in cle. j. in ver. publice, de ſepul. quaz multum commendat ibi Abb. ꝛ in.d.c. exceptionẽ. s̃. de excep. ꝛ multi alij de quibus ibi per Fely. co. pe. ver. item dũ abbas. Ad idẽ facit ter. no. in. l. eum qui. C. de fal. vbi dicit publice notum quod populice innoteſcit ꝛ publice reprobatur qõ vniuerſaliter ꝛ generaliter reprobatur: vt. d. l. nõ erit. §. ſed ſi quis. facit etiam ter. in.c. infinuatuz. j. de ſymo. in.c. cum deſideres. j. de ſen. excom. ꝛ ibi dicitur aliquis laborare publica infamia: q̃ omnes vel multi de populo ħ ſciunt. Ad idem ter. in aut. vt iudices ſine quo quo ſuffrag. §. fugiunt. col. ij. vbi publicetur bñ dicuntur. i. rixe et contẽtiones nõ: qz publica fiant autoritate: ſed qz publice patẽt.

17 Ad idẽ cle. j. §. ſi vo. de fo. cõpe. vbi dicitur † publice fieri: qõ fit in eccleſia multis aſtãtibus. ꝛ no. p Inno. ꝛ alios i.c. ſtatuimus. de maledicis. ad idẽ. c. ſi. in fi. s̃. de dolo ꝛ contu. Ex quibus oĩbus attẽta mẽte legis regni q̃ publicitatẽ requirit: ne alie mulieres hoc vidẽtes in ſimili delictũ cadãt dicẽt publica concubina clerici monachi religioſi vel vxorati que cõi opi. vicinoꝝ p tali eius ꝛcubina reputabatur: qz ſciẽtibus ꝛ vidẽtibus vicinis: ille domũ eius intrat ꝛ cõuerſat: ꝛ ecõtra illa domũ eius frequẽtat: ꝛ alimenta ꝛ alia neceſſaria recipit. iſtã ego dicerẽ publicã coucubinã vt debeat puniri p leges regni quas ſic intelligo. Unde non ſufficeret ꝙ fuerit in delicto vel concubinatu deprehenſa. ſola enim deprehẽſio in delicto non reddit delictũ publicũ vel notoriũ niſi aliter gs ꝙincak: vt eſt gl. no. iũcto text. in.c. exliterarũ. s̃. de eo q duxit in matri. quã polluit p adult. et ibi notãt Hoſti. Jo. an. abb. ꝛ alij. Ad hoc bonus ter. in. l. j. C. de peti. bo. ſub. li. x. vbi deprehenſus in crimine dicit de eo ꝙictus. vide ibi Bar. Jo. de pla. ꝛ Lucã de pẽna. ꝛ Alex. in addi. Ad idẽ. c. pe. j. de bereti. ꝛ. c. ad abolẽdã. eo. tit. vbi

18 illi dicuntur † deprehẽſi in hereſi qui facti euidẽtia ſunt heretici: puta qz publice p̃dicãt hereſim vel legitima pbatione. ſ. per teſtes vel ex ſua cõfeſſiõe. Ex quo inferꝛ ꝙ ſi ſemel lapſus in hereſim poſt obiurationẽ iterũ labitur: de cuius relapſu apparet per ſolã eius confeſſionẽ dicẽt relapſus: vnde q̃uis peniteat ꝛ lachrymeꝛ ſponte veniẽs: nõ erit admittẽdus q̃q̃ p alias pbationes de eius relapſu nõ cõſtet q̃m p ſuã ꝛfeſſionẽ ſatis dicit deprehẽſus in delicto qõ eſt bene notãdũ: q̃uis cõtrariũ tenuerit Decanus ſegotrẽſis in tractatu hereſeos. q. xiij. Cogita. criſtis habes q̃m dicatur quis deprehẽſus in delicto cũ qbus ꝛcordat alexandrinus in.c. nunc aũt. xxj. di. vide. c. de his. l. di. cũ glo. j. nõ igiꝛ

19 in caſu de quo agitur ſufficit ꝙ † ꝛcubina fit deprehẽſa in delicto ad hocvt dicaꝛ publica: ſz opz aliter de publicitate cõſtare: puta ꝙ multitudini ſe patere non exponeꝛ ſicut de meretrice publica. xxxiij. di. c. vidua. Sicut etiã dicit publicus aleator vſurari⁹ maledicus excõicatus. de excep. c. exceptionẽ. de maledi. c. ij. de exceſ. pla. c. inter dilectos. c. j. de vſur. in. vj. ſecus ergo ſi ſecrete intrat domũ ppriam vel alienã detineat ꝛcubinã: nã tũc penã publice ꝛcubine nõ incurrit cũ vnius rẽ ſecretã nõ publicã denotet: vt legiꝛ ꝛ no. ff. de iureiu. l. ſi qs demũ. hoc tenet Guil. in cle. q̃m. de vi. ꝛ

20 bo. cle. in ver. publice. nec eñ ad hoc ꝙ † aliqd dicaꝛ publicum ſufficit ꝙ ſciaꝛ ab aliqbus tm̃: vt no. idẽ Guil. in cle. j. §. ſi. ó ꝛceſ. pbẽ. dicit eſt aliquid publice ſciri. i. cõiter q̃ſi cora multis: vt no. Jo. an. in. c. pterea. ij. de ſpõ. nõ ergo ſufficit ꝙ ſemel vel bis talis publice videatur: vt not. decidit glo. in conſtitutionibus anglicanis. de concubinis clericorum publicis ſuper verbo publice. tunc igiꝛ fornicatio vel ꝛcubinat⁹ dicẽt notorius vel publicus q̃ qs bz ꝛcubinã ſicut vxorẽ publice nutriẽdo filios ex ea procreatos: ita qõ non auderet diffiteri: aut negatio nulla eſſet: vt dicit gloſſ.

Statutũ cõtra cõcubinas clericorum,

13

Vide pragmaticam fo. clxij. Concubina publica.

Repetitio capituli per vestras

in.l.fmiam.in ver.celari.C.de pe.facit.l.illud.§.sed ꝛ fi.ff.de triti.act.ꝛ.xxxij.di.c.nullius.ꝛ.c. preter. Si autē non est ita notorium:sed probabiliter pōt tergiuersari: vt quia tenet cōcubinā cū matre: ꝛ dicit esse peditsequā matris ꝛ hmōi: non dicek concubina publica vel manifesta: nec ille cōcubinarius public⁹ vel manifestus.c.ficut. de coha.cle. ꝛ mu. c.fi qui.lxxxi.di.tenet Abb.post alios in.c.vestra. de cohabi.cle.ꝛ mu.Ang.de clauasio in summa in parte a concubina.ver.iij.facit ter.in.c.interdicimus.ibi missas publicas. xvi.q.j.ꝛ.c.j.de cele.miss.ibi publicē compleantur.vbi exponit Inno.publice.i.coram populo.ad hoc.c.fi.§.j.de clandestina.despon.vide glo.ꝛ Vincen.in.c.porro.§.preterea. de diuor.vide que scripsi in.c.j.j.de peni.ꝛ remiss.i meis recollectis. ¶Et crederem has leges habere locum in concubina clerici in minoribus beneficiati per id quod no. voluit Jo.and.in regula ne culpa de re.iur.lib.vi.in mercuri. vbi decidit q⁹ † fili⁹ talis non legitimak per subsequēs matrimoniū[a] qō est valde notandū. de quo meminit Abb.in c.per venerabilē.pe.col.ver.sed dubitari pōt.§.qui filij sint legiti.de quo vide Bar.in.l.in cōcubinatu.ff. de cōcubinis per Bar.ꝛ Bal.in.l.ꝛ fi cōtra.C.de nup.Bal.in.c. naturales.circa med.in ver.quero an natus ex clerico in titu.fi de feu.fue.contro.inter do.ꝛ agna.li.feudorū.ꝛ in.§.fi.insti.de nup.p Ang.in.l.paulus.ff.de sta.ho.p Saly.in.l.qui contra.C.de incest.nup.Antonius de roselis in tract.legitimationū.fo.j.col.iij.ver.vltimo quero.ꝛ fo.ij.col.ij.versi. primo casu:ꝛ singulariter per Nico.de vbaldis in trac. de succes. ab intestato prima parte.fo.vij.fi.co.quem rogo videas q⁹ pulchre loquitur. Adde Bald.in.l. parentes.ff. de in ius voc.cuius meminit Nico.de vbal.in.d.tracta. de successio. ab intest.col.xij.in fi.ꝛ Mat.similiter in suo trac.de succe. ab intesta.col.ix.ver. Jo.de imo.in cle.fi.in fi. de hereticis. ¶Adde etiam q⁹ iste leges non haberent locū contra mulierē nuptā quāuis esset publica cōcubina clerici monachi religiosi vel vxorati.ar.l.fi vxor.§.diuus seuerus.ff.de adulte.vbi meretrix vxorata potest accusari de adulterio: et sic statutum loquens de meretrice non haberet locum in ea q̄ est vxorata ꝑm Jo.an.in addi.ad spec.ti.de iniu.in rub. de quo facit festū And.sicu.in.c.lator.j.col.ver.ꝛ adde Joan. and.§.de pig.de quo infert q⁹ † mulier nupta non pōt carcerari p debito qō exp̄sse voluit Bal.in.l. consentaneū.C. quomō ꝛ qñ iudex. dicēs q⁹ stante statuto q⁹ meretrix posset capi personaliter: nō capiek illa que est cōiugata lz turpiter viuat.de quo etiam meminit And sicu.in.c.pastoralis.vi.col.ver.sed ego q̄ro.§.de iudi.ex quo infert q⁹ † licet alias mulieri luxuriose detur curator:q⁹ est prodiga persone fame ꝛ bonorū.vt.l.mulieri.ff.de cura fur.viro aūt luxurioso nō.[b] vt notanter decidit spe.ti.de actore.§.itē opponitur ꝙtra actorē.v.sed querik. Mulieri tamē nupte etiā si luxuriose viuat non dabik curator. Sed finaliter Andr. sicu.vī tenere cōtrarium q⁹ est fauor mulieris vt detur sibi curator. q⁹ sicut est prodiga persone multomagis p̄sumik p̄diga bonor.ꝛ ideo siue sit maritata siue nō dabik sibi curator: quod est menti tenendum ꝑm eum. Vide eundē Andreā sicul um in.c. pastoralis.vi.col de iudicijs. Faciunt multa que de muliere luxuriosa dixi supra in rubri.col. cclxix.§.vnum demum cum sequentibus. Sed in casu nostro agitur de odio ꝛ pena. merito non punietur penis legalibus disponentibus contra concubinas ꝛ sic als practicaui. Sed q̄ si tāta est notorietas q⁹ maritus illud sciat ꝛ patiatur: q̄uis ipso tacente ꝛ consentiēte: nemo possit adulterū accusare: vt fo.ll.l.iij.tit.vij.l.ij.ꝛ.vij.parti.ti. xvij.l.ij. que aliter disponit corrigēdo ea que no.in.l.q̄uis.C.de adul.ꝛ in.§.j.insti.de publi.iu.ille tñ venit puniēdus si fuit adulterij cā.vt.vij.parti.ti.xvij.l.vij.que incipit rematar.immo si ille fuit leno vxoris sue: mortis penā incurrit: vt eadē.vij. parti.ti.xxij.l.ij.incipit.alos alcabuetes.ꝛ tradit in.l. mercalē.C.de q̄di.ob tur.cau.hāc penā q̄tra tales libēter debe rent iudices imponere: ex quo ita impudēter matrimonij fedus ꝛ indiuiduitatē fedare ꝛ diuidere nō erubescūt: vxorē ꝛ carnē(vt ita dixerim) p̄priā polluendo:peccatum quasi contra naturā cōmittunt, vbi est illa aiorū coniunctio siue coniugatio que ex matrimonio procedit: vbi illa fides coniugalis quā non debet vnus alteri prodere: quā etiam ipsi gentiles cōmēdarunt. Nam vt Aristo.ij.echonomicorum narrat: vlixes deprecante ipsum athalantis filia cohabitare secum:ꝛ promittēte immortalem facere ꝛ beatum omni tempore. nec vt immortalis fieret ausus est prodere vxoris sue amicitiam:affectionē:ꝛ fidē maximā: sibi penā arbitratus fieri: si malus existens immortalitatem promereatur.

¶Ubi illa immaculata proles:que secūdum matrimonij bonum appellatur:que proles dici nō potest nisi nuptijs nata sit.que nascitur primo deo:secundo patrie:tertio parentibus:quarto suis:quinto extraneis per vinculum charitatis:ꝛ de his intelligendum est q⁹ plato dicere solebat: vt eū refert Tullius officior.li.j.c.iij, non nobis solum nati sumus ortusq⁹ nostri partē patria vendicat: partem amici ꝛc.de quo per Bal.in rubri.C.de priuile.dotis. in prin. Quib⁹ nascitur gs.

¶Ubi ille nexus diuinus ꝛ fedus perpetuū q⁹ per copulam inter coniuges habitā contrabitur:per quā efficiūtur vna caro:ita q⁹ non possunt separari nisi separetur anima a corpore.imo etiā post mortē mariti debet mulier seruare honorem viri ꝛ filiorum(si qui sunt) ꝛ suum proprium:vt tradit Bal.in dicto loco ꝛ dixi in rub.col.cccl xij. Qui ergo hanc vnionem ꝛ indiuisibilitatē non seruant:pessimi ꝛ abominabiles deo ꝛ hominib⁹ effecti:non sunt vita digni occidantur. Ex istis merito reprehenditur Seleuchus q cum videret antiochū filium in grauem languorem inuadisse:ex vesano nouerce amore ꝛ hoc esset a medicis deprehensum. pater coniugem filio abutendam concessit: offerēs fortune quod in amorem incidisset: pudori imputans quod dissimulare esset paratus vsq⁹ ad mortem: vt refert Valerius li.v.c.vij.cuius meminit valēsis i cōiloquio parte.ij.di.ij.c.j.legitur in vitis philosophorum in vita erasistrati medici q⁹ floruit tempore onie pontificis.hic fuit ille medicus qui pulsu cognouit amantem predictum:vt ibi dicitur.de bonis matrimonij diri in rub.§.xxix.in prin.bona eniz matrimonij de adulterij grauitate dixi in rubri.§. lxxvij.in prin.v.vxoris essi adulterium.ꝛ pereat memoria eorum cum sonitu. Et nisi temporis angustia:ꝛ rei(quam inter manus habemus) altus pelag⁹ me retraherent:vtiq⁹ tam cito non filerem. quoniam hoc abominabile vitium multorum maculauit famam animasq⁹ ad infernum proiecit, Sufficiant hec ad iudices minus doctos instruēdos vt sciant qualiter se habere debeāt:in huiusmodi penis ꝛponendis exequendisq⁹. Et redeamus ad viam a qua(vt hos etiam mitteremus fasciculos quos sumus egressi(credimus aliquibus profuturos. An autem lex regni predicta locum habeat contra mulierem meretricem quam clericus vel coniugatus habet in concubinam ꝛ aliqñ domi retinet.ipsa tñ multor⁹ libidini patet:satis pōt probabiliter dubitari.

1 ¶Dotis constitutio cadere non potest vbi non sunt facultates.

2 Dos dz esse cōgrua inspecta quātitate patrimonij:numero liberorum ꝛ qualitate iugalium.

3 Consuetudo patrie ꝛ familie cōsiderari debet in dotādis mulieribus.

4 Dos filie excedēs legitimā an possit a fratribus reuocari. ꝛ nu.6.ꝛ nu.10.

5 Patronus non potest reuocare alienata per libertum ꝛuentem.

7 Dos constante matrimonio respectu viri est titulus onerosus.

8 Lucrum dotis quod conceditur marito propter expensas nō dicitur titulus lucratiuus.

9 Libertus si dotauit filiam non videtur hoc ipso fraudare patronum.

11 Dos immēsa que dicatur.ꝛ nu.14.

12 Uolūtas datur intelligi facto.

13 Dotis cōstitutio est quodāmodo donatio.

15 Filij p̄sit reuocare ea que pater p̄didit in ludo illicito vsq⁹ ad legitimā ipsor⁹.

In constituēda tamen dote quam pater filie dare tenetur:multa debet iudex attendere scilicet ad quantitatem patrimonij patris.vt.l.quero. cum.l.sequenti.ꝛ.l.cum post.§.gener.ff.de iure dotium. et l.si filie.de lega.ij.cum similibus.de quo videas singulariter Franciscum de aretio consilio.xvij.col.antepenul.ver. ad quintum dubiū.incipit.In christi ꝛc.cōsiderabis. Unde si pater est egenus ꝛ multis debitis inuolutus:ita quod non sit sufficiens ad dotandum filiam non tenetur eam dotare.immo dato q⁹ tunc pater dotem filie constituat. constitutio est nulla.ita mirabiliter dicit Bal.in.l.fina.ij.col. C.de dotis promis.ver. sed quid si pater. Ludo.ro.in.l.j.ff. so.ma.motus per.l. ait pretor.§. si cum mulier.ꝛ.l.si.§. si a socero.ff.de bis que in frau.cre.ꝛ.l.si successione.C.ō reuo. bis que in fraudem credito. itaq⁹ vbi non sunt facultates:
1 non potest cadere † dotis constitutio. cum non enti. nulle sunt

Quatuor q̄ debēt cōsiderari in cō stituēda dote.

---

v falso mi promet hec opinio Joan. And. qui contrarium tz mihi dicto loco & illud est verū vt testat couarru. in 4. de cre 2 pte c 3 §. 2 n° 5.

a Vide pragmaticā. fol. a clxij. in ver. bñficiatos.

Adde Ludo. ó sardis in trac. de legitimatione fo.vj.col.iij. §.tertio q̄rit tur.qui latiꝰ loquit Joā. Ber.

De cōcubina ꝙiugata.

An viro: vt mulieri luxuriosis detur curator.

22

23

b Adde p prima ꝙclu. thomam de ferra.in suis caute. vltra cepo.in caute.vj. ꝛ vide Fran.are.in l.is cui bonis.col.fi.ff. de ver. obli. Jo.Ber. Cōtra maritos p̄mittēntes vxores adulterare Lex regni.

Lex regni.

Ulixes.

Nota dives tenet dotare filiam.

Numer⁹ liberor⁹ & dignitas p̄fris & filie.

Si vis apte nubere nube pari.

Cōsuetudo patrie et familie.

Utrum fratres p̄nt revocare dotem excessiuam legitime. Nō nota.

Dos est titulus onerosus ex parte mariti.

De dote putatiua.

le sunt qualitates.l. eius qui.§.pen̄.ff.si cer.pe. hoc dictum multuz cōmēdauit Jason in.d.§.fuerat ante.xxxvij.col.v. scōo notate. patre tñ existēte inope: si mater est dives: illa tenetur filiam dotare.ſm Bar.& Bald.in auth.res que.C. cōia de leg.Bal.in.l.mater.C.de iure do. de quo p Ange. in.l.filia.in prin.ff.ad trebel.& in.l.fi.C.de do.promis.& Lodo.in.d.l.j.ff.solu.ma.& Jaſ.vbi.s.& in.d.auth.res que.iij. co.ver.iij.no. Vide que dixi.s.in rubr.§.j.ver.hoc tamen intelligo.&.§.lxvi.post princip.ver.si tamen vir. An autez filius tenetur dotare matrem dicas quod non. textus est vnicus in.l.tutor.ſm dignitatem.§.fina.ff.de admini.tuto. notatur per Guil. et Bald.in.l.vna.C. de inoffi.do. tenet Bal.in.l.si vinee.C.de prescrip.lon.temp.& in probe.ffor. vi.col. Secundo debet iudex aduertere ad numerum liberozum.vt.d.l.si filie. ad qualitatem & dignitatem ipsius patris.& etiam filie & generi.vt.d.§.gener.&.d.l. q̄ro. Et adeo verum est quod debet attendi conditio persone: q̄ etiam si legitima non sufficeret secundum conditionē & nobilitatem persone ad hoc vt ipsa dos sit congrua: potest & debet iudex excedere ipsam legitimam.vt no.probat text. in auth.de resti. & ea que pa.§.q̄obrem.colla.iij. Ad idem 2 tex.in auth. res que.C.cōia de leg. vbi dixit Bal.in pen̄.co. q̄ dos debet esse congrua inspecta quantitate patrimonij numero liberozum & qualitate iugalium. vt ibi.&.d.l.filie. & refert Ouidium dicentez. Si vis apte nubere: nube pari. idem dicit Jo.fa.insti.de nup.in rub.& tradit Pau.de ca. co.ccxxxij.incipit p pleniori.ij.col.post prin.in ver. nā etiā de iure communi. idem fuit de mente Bal. in auth.res que. in prin.C.cōia de leg.vbi dixit q̄ si filia non reperiat maritum sibi cōdignum nisi det omnia bona in dotem. poterit omnia dare.arg.ter.in auth.contra rogatus.C.ad trebel.in fine. Adde predictis plutarchum in libello de educatiōe liberozum in fine qui dicit: eas autem spondere filijs vxores que nec multo nobiliores nec ditiores sunt. Sequentia refert cum itaq̄ prouerbium equalem tibi mulierez inquirendam qui se ipsis longe ampliores capiunt vxores non earum maritos. verum dotis mancipia fecisse si se nesciūt. hec ille.& alibi idem plutarchus in preceptis connubialib⁹ precepto septimo. qui autem nobiles opulentasq̄ vxores acceperunt: haud se quidem prestantiores reddunt: sed illas comminuunt & debilitant vt illis demissionibus viliori busq̄ facilius imperent. sicut faciunt hi qui equos ascēdere imbecillitate aut mollicia corporis impediti nequeūt eos sese flectere & procumbere docent: oportet autem vt eq magnitudinem sic vxoris dignitatem conseruantez vti freno. hec ille. Idem videtur dicendum si consuetudo patrie: 3 & maxime familie † dicti patris et suozum maiozum: esset ab antiquo vt dos feminarum dicte domus esset excessiua legitime. Nam tunc sine dubio dos non diceretur congrua si dictam legitimam nō excederet: dummodo suppetant facultates patris.ar.l. imperatores.ff. de contraben. emp.& l.nummis. de leg.iij.&.l.quod si nolit.§. q̄ assidua. ff.de edil.edicto.&.l.titianus.ff.q̄ cum eo. Communiter tamen mos regionis regulatur in plus vel minus prout se habet conditio personarum & vires patrimonij paterni: et numerus liberozum: & in his debet versari discretio & arbitrium boniviri nō curando an commensuretur cum legitima vel non: immo etiā vltra mensuram legitime poterit arbitrari per supradicta.& maxime per text.in.d.§.quāobrē.& ita etiā tenuit Bal.cōsilio incipiente: antiquum statutū.& cōsilio incipiente hec questio habet quatuor capita.& consilio incipit. hec materia diuiditur in duas partes.& in pluribus alijs consilijs. Idem tenet Saly.in quadam sua disputatione que incipit statuto cauetur. Angelus consilio.cccx.incipit gregorius. Ex istis patet quod filia vel mulier dicetur congrue dotata arbitrio boni viri cōfideratis considerandis vt per paulum de castro consilio.cx. et per Leonardum in repetitiōe.§.et quid si tantum.l. gallus.ff. de liberis et posthumis.colum.lxvij. Et quod plus est 4 istam dotem quamuis excessiuam † legitime non poterūt alij fratres ipsius mulieris revocare in eo quod excedit patre viuente. vt videtur velle Joan.and. in additio.ad spec. in titul.qui filij sint legiti. in rubr.in princip. vbi dicit de patre habente duos filios qui alteri donauit omnia bona sua viuo patre: non potest alter filius petere a fratre legitimam nisi post mortem patris propter donationez immensam. vt.l.ij.&.l. si totas.&.l. si mater.C. de inoffi. dona. fatet tamē Jo.and.q̄ poterit frater petere alimenta iudicis officio. q̄ tenebitur frater donatarius sibi ministrare ex quo nō vult legitimā sibi reddere viuente patre qui donationē fecit. Idem sentit Joan.and.in additionibus ad specu. 5 titu.de re.eccl.nō alie.§.j.ij.col. ver. ceterū vbi dicit † patronum non posse revocare alienata per libertum viuentē cum posset casus euenire q̄ nil sibi deberetur puta si filios haberet.vt insti.de successio.liber.§.sed nostra.&.§.seq. idē erit in casu nostro cuz possit euenire casus in quo filij nihil debeant habere de bonis patris cōmittendo aliquam causam propter quā possint exheredari. Cuz presertim ipsi in vita patris nullum ius habeant in eius bonis nisi solā spē. vt.l.nec ei.ff.de adop.per Barto.in.l.is potest.ff.de acquiren.heredi. Hec autem spes vtilis est filio etiam in vita patris ratione legitime que sibi est debita vel quasi debita vt dixi.s.in rubr.§.xvj.ante finem.verficu.pater vero.& supra eo.§.xxj.verficu. non obstat si dixeris.&.j. ad finē huius.§. 6 ver.ad idem. Mortuo tamen patre & soluto † matrimonio filio bene possunt filij agere ad revocationem dotis immense quāuis.xxx.anni sint elapsi patre viuo vt sentit Joan.and.vbi supra.quod tene menti. Secus tamen est constante matrimonio filie non essi possunt petere interim q̄ est nupta per text.in.l.dotis quidem.C.de col. ita no.sentit Bar.in.l.fi.§.si a socero.ff.de bis que in fraud.credit. & ibi Ang.& sequitur Bal.in auth.ex complexu.C.de incest.nup. Angel.de aretio in.§.fi res.instit.de legatis. Nicolaus de vbaldis in suo tractatu de successionib⁹ ab intesta.vj.char. fi.co.& Campetius in suo tractatu de dote.j.parte.q. xlvij. 7 Jsti mouentur q: † dos constante matrimonio respectu viri qui ex ea habet sustentare onera matrimonij: est titulus onerosus.vt.d.l.fi.§. si a socero.& ibi notat Bar.&.l. ex pro missione.ff.de actio.et obliga.ter.in.l.vna.§.lucratiuas.C. de impo.lucra.de scrip.lib.x. & ibi notat Barto. & platea. ad idem.l.pro oneribus.C.de iure dotium.et ibi not. Barto.& in.l.fin.eo.titu.& ibi etiam Bald.glo.in.l.meuia.§.i. in ver.ipsi nouere.ff.soluto matrimonio.& ibi notant Barto. & alij glo.in.l.ignoti.C.de reuo.his que in frau.credi. et ibi Barto.latius per ipsum in.l.meuius.§. duobus.xiij. col. ver.ij.quero in repe.ff.de leg.ij. Bal.in.l.ij.C. de reuo. his que in frau.credi. Et adeo verum est q̄ respectu mariti titulus dotis dicitur onerosus: q̄ & si ex postfacto consecuturus sit lucrum ex tali dote: puta propter pactum quod fecerat de dote lucranda: vel vigore statuti disponentis q̄ decedēte muliere in matrimonio: vir lucretur dotem: tamē nunquam dicetur habere ex cā lucratiua: cū precesserit cā onerosa.i.titulus dotis.gl.singularis in.l.si donaturus. in §.fi.in ver.dūtaxat.ff.de cōdi.ob cām. pro qua est text.not. in.d.l.vna.§.lucratiuas.in verbo si vero vel socer.C. de impo.lucra.descript.vbi si socer dederit dotem p filia vel nepte ex casus euentu res eius cui data est vertat ad lucra: nō tñ inter causas lucratiuas numerabit.quē ter. ad ij ponderat ibi Ang.& refert & sequitur Jason.in.§. item si quis in 8 fraudē.vij.col.insti.de actio. hinc est q̄ † lucrum dotis q̄ conceditur marito ppter expensas: non dicit titulus lucratiuus. ita dicit Bal.in.l.hac edicta in prin.iij.col.ver.pone q̄ appositum.C.de secundis nupt.& in.l.cum multe.ij. col. C.de donatio.ante nup.& in auth.preterea pe.co.C.vnde vir & vxor. Et q̄ plus est titulus dotis est onerosus nō solū ex parte mariti vt dictū est: sed etiā ex parte filiozum dotem maternam petentium vt mirabiliter sentit Bart. in.l. si constāte.in prin.in.x.q.ij. partis principalis.ff.sol. mat. in repe.[a] Intellige predicta nō solū in dote vera: ſz etiā a in putatiua seu marito putatiuo vt est glo. singularis & vnica in.l.proculus. alias incipit ancilla de iure dotiū. Si autem dos est titulus onerosus & gener nō participauit in fraude: quamuis dos sit immensa: non revocabitur saltim constante matrimonio. arg.l. q̄ autē.§. hoc autē edictum. &.§.filij mō. ff.de bis que in frau.cre.&.§.item si quis in fraudem cū ibi no.insti.de actio. hoc videtur fuisse de mente legis regni. quā christianissimi reges nostri constituerunt: q̄ vult quod data a rege propter dotem: non possunt a rege revocari vel moderari constante matrimonio. de qua lege j. fiet mentio. Bene facit iudicio meo text. not. in.l. cum post mortem.ff.de admini.tuto.in.l.si donaturus.§. si quis indebitam.ff. de conditio.ob cau.vbi si quis indebitam pecuniā p̄misit & tradidit marito: non condicit ab eo. Adde idem tex.in.l.fi.ff.de colla.do. vbi dos etiam immensa data genero non repetitur a fratribus: sed etiā promissa potest a fratribus peti. Adde idem tex. in.l.j.§. at si trāsigit. ff.si quid in fraudem patroni.vbi litera dicit. si libertus filiam dotauit: hoc ipso † q̄ dotauit: non videtur fraudare 9 patronum: q: pietas patris non est reprehendenda. ratio est ſm Azo.ibi in summa. q: titulus dotis nō est lucratiu⁹

a Adde segura in rep. l.coheredi. §. cū filie.ff. de vul.& pu. fo.xvj.co.iij. in medio. et fol.xvij. col. iij.& Jaſo.in §.item si quis in fraudem. co.iij.instit. de actio. Lex regni.

Determinatio ztraria.

19 ſcrip. ¶ Quatuor † tamen ſunt caſus aut quinq̃ in quib⁹ valet impetratio poſtq̃ fuit appellatũ quãuis de appellatione nõ fiat mentio quos ponũt doctores. ſignãter ¶ Philippus & prepoſitus in. d. c. oblate ad finẽ. ſ. de appella. q̃s per te videas. ¶ Limitabis tamẽ iſtum text. & predicta vt i ſecundis literis debeat fieri mentio de proceſſu & litis pendentia vt procedat de equitate canonica ſecundum q̃ poteſt impetrari reſcriptum: vt delegatus etiã lite pendente coram ordinario licet ordinarius in nulla ſit negligẽtia vl culpa dummodo fiat mẽtio de litis pendẽtia coram eo. vt hic & in iurib⁹ ſupra allegatis. & tz Spec. in titu. de reſcrip. preſentatione. §. rõne aũt cauſe. in prin. & glo. in cle. ĥ. in v̊ſi. innouari. vt lite pẽden. ſecus tamen eſſet de iure ciuili ſecundum quod nõ valet reſcriptum lite pendente impetratum ad iudicem extraordinarium ſeu delegatũ: niſi ordinarius requiſitus deneget facere iuſtitiam: vt auſ. de mãdatis principum. §. & nõ permittat. & in auſ. vt differentes iudices. §. ſi vero. p q̃ iura ita firmat Bal. in. l. ĥ. prope finem C. vt lite pen. ¶ Refert & ſequitur Victales in libro. clauſularum in clauſula innouari li. pẽd. in prin. & ¶ Philipp⁹ in. d. c. vt noſtrũ. xxxv. co. ſupra de app. & Fely. in. d. c. ſuper literis. riĥ. ſupra de reſcrip. ¶ Limita. ĥ. iſtũ text. & predicta vt

An i cauſa matrimoniali dz fieri mentio de pmiſſis vel proceſſu.

20 debeat fieri † mẽtio de pceſſu & litis pend. niſi cã ſup qua fit cõmiſſio fit matrimonialis. Nam tunc q̃uis de proceſſu & litis pen. nõ fiat mẽtio in reſcripto valet tamẽ reſcriptus ita tenet Hoſt. & Jo. an. in. c. tenor. ſ. de re. iu. in ver. literas & ibi etiam Ant. i. col. per illũ text. tenet etiam Lapus alle-gatione. lxxxix. incip. in dei noĩe. & c. factum ſuper quo. in. vi. co. verſi. tamẽ ſi impetro. idem firmat And. ficu. in. d. c. prudentiã. §. vi. col. & cõſi. xlv. col. ĥ. ver. ſed ad iſta. in. ĥ. pte. adducens multa alia ſpecialia introducta in fauorẽ matrimonĥ. que etiam ponit Fely. in rub. de ſpon. ratio eſt q̃ ex quo talis ſententia ſuper matrimonio nõ trãſit in rez iudicatam: licet mentionem non feciſſet de appella. nihilominus lr̃as obtinuiſſet ꝓm eos. Jſtud tñ ego intelligerem verũ q̃ñ lata eſſet ſentẽtia in cã matrimoniali & ita ꝓprie loquitur text. in. d. c. tenor. & ſic eũ põderat ibi domin⁹ Cardi. ſecus ſi nondũ eſſet lata ſentẽtia: ſed adhuc pendet proceſſus coraz priorib⁹ iudicib⁹. Nã cũ tũc ſtet ratio propter q̃ debet fieri mẽtio de proceſſu. ſ. iniuria & verecundia priorũ iudicũ de qua ſuperius dixi non video rationem ſpãlitatis in cauſam matrimoniali. nec eſt dicendũ ro. pon. in cauſis matrimonialibus de facili concedere ſecundas literas reuocatorias priorũ iudicũ coraz quibus cã pendet. arg. l. vbi ceptũ. ff. de iu. ¶ Et qõ plus eſt poſſet attẽtari iudicio meo indiſticte: q̃ eo caſu quo lata fuit ſentẽtia in cã matrimonia in fauorẽ matrimonĥ & ſic contra illũ qui matrimoniũ impugnabat: ſi nullũ ſubeſt impedimentũ. & impetrarentur litere ad alios iudices: oporteret fieri mentionem de pceſſu priorũ iudicũ. moueor: q̃ cum talis ſententia tranſeat in rẽ iudicatam ſi ab ea non appelletur vt voluit gl. ſi. in. c. lator. ſ. de re. iu. & ibi tenẽt omnes: & ſic per cõſequẽs ceſſat motiuum doctorũ dicentiũ illud contingere ex eo q̃ ſentẽtia nõ tranſit in rẽ iudicatam. ¶ Idem dicerẽ eo caſu quo fuit lata ſnĩa ſeparationis thori. nã iſta ſnĩa eodẽ mõ tranſit in rẽ iudicatã vt late firmat Abb. in. d. c. lator. in fine quẽ videas per te. de quo latius per Fely. ibi. vi. col. verſi. octaua declaratio. ¶ Idẽ poſſet dici in alĥs caſibus in quibus ſententia in cauſa matrimoniali tranſit in rem iudicatam: de qui-

In cã mrimonĥ ſpũalis.

21 bus ibi per Fely. poſt alios. ¶ Et eadem † ratione idẽ dicendum in cauſa matrimonĥ ſpũalis in qua ſententia tranſit in rẽ iudicatã. text. in. c. cum dilecti. in fi. de elec. glo. i. in fi. in. c. i. de conceſ. pbẽ. Hoſt. in ſumma tit. de app. §. qõ ſunt ſpecies. v. co. ver. ſed nũquid eſt hoc ſimpliciter. dñicus in c. ordinarĥ. §. i. in fi. ff. de offi. ord. lib. vi. Abb. in. c. cũ bert. co. rĥ. ver. ex hac lectura habes. ſupra de re iud. & in. c. conq̃rente. ĥ. co. de reſt. ſpo. de quo late & ſingulariter per Fely. in. d. c. lator. vĥ. colũ. verſiculo. decima & aurea declaratio. ¶ Limita tertio iſtũ text. & predicta vt in ſecundo reſcripto ſeu cõmiſſione debeat fieri mẽtio de litis pendentia quãdo

Si noua cõmiſſio ꝓcernat futura eiuſdẽ materie.

noua cõmiſſio emanauit ſuper deducta in lite: ſecus ſi cõcernat futura etiã eiuſdẽ materie. Nam tũc quãuis in ſecunda impetratione ſeu cõmiſſione non fiat mẽtio de litis pendẽtia: nõ nocebit. vt puta ſi ſtante lite de fructibus beneficĥ in abſentia male perceptis: valebit impetratio ſuper percipiendis licet taceatur de litis pendẽtia. ita cõſuluit do. abb. ꝓfil. xcviĥ. incipiẽ. Jeſu chriſti. in cauſa & queſtione. motus principaliter q̃ iudex qui cognoſcebat de fructib⁹ male perceptis nõ poterat ſe intromittere de percipiẽdis. q̃ tract⁹ futuri tpis nõ ſpectat ad iudicẽ vt. c. romana. §. caueat. de ſentẽ. excõ. lib. vi. & qõ ibi no. glo. ¶ Ad idẽ tex. no. in. l. i. §. fin. ff.

22 de vſuris: vbi dicitur q̃ licet † debitor ſub vſuris ſit i mora de preſenti & ſic preſentes vſure debeãtur ſcõm. l. ciuilẽ: non tamẽ propter moraz de preſenti: poſſunt peti vſure pro tempore futuro. ꝓ quo nõ põt debitor adhuc dici in mora. Nã ita dicendũ in caſu noſtro cũ prima cõmiſſio facta fuerit ſuper fructibus perceptis ſolũmodo nõ impedit quo minus poſſit impetrari alia cõmiſſio ſuper percipiẽdis. etiã non facta mẽtione de litis pen. Cum per iſtã ſecundã cõmiſſionem in nullo preiudicetur litis pendentie. q̃ iſta ſunt ſeparata & ex ſeparatis nõ fit illatio. vt. c. ĥ. ſ. de tranſla. pre. & l. nec natales. C. de proba. & l. ſi marit⁹. la. i. C. iſto ti. ¶ Optime facit qõ voluit rota in nouis dec. cccr. alias eſt ſub titu. de reſcript. xxv. incipit. itẽ ſi re⁹ & poſſeſſor. vltra mediũ ibi ſi dicatur. vbi dicit q̃ nõ vitiatur impetratio ex taciturnitate iuris qõ in beneficio potuiſſet aduerſarius in futurũ conſequi ſi ego nõ impetraſſez. Jura enĩ que volũt fieri debere mentionẽ de priorib⁹ literis & de proceſſu vigore illarũ facto. loquũtur quãdo ſecũda cõmiſſio vel reſcriptũ impetratur ſuper eodẽ caſu vt dicit text. in. c. ceterũ. ſupra de reſcrip. Si aũt non fit in eadẽ cauſa q̃uis fit eadẽ materia: nõ nocet taciturnitas priorũ literarũ & litis pendẽ. vel expreſſe tenet ibi Jo. an. dicẽs: q̃ ſi aliquis nat rauit ſe in renũciatione circunuentũ & titiũ fibi ſimoniace ſubrogatũ: & obtinuit fibi prouideri ſi ita eſt: deinde citi⁹ impetrat cõtra ipſum ſuper reuocãda prouiſione illi facta: q̃ nõ eſt eadẽ cauſa ſed bene eadẽ materia. Et per hoc ſentit q̃ ſufficiat facere mẽtionez prouiſionis facte: licet de cauſa vel proceſſu nihil fuerit dictum: vnde ad propoſitũ noſtrum ſi prima cõmiſſio fiat ſuper vna cauſa & iudices quibus cauſa cõmittitur procedãt: ſi ex poſtfacto impetret alia cõmiſſio ad alios iudices: nõ ſuper eadẽ cauſa ſed ſuper eadẽ materia: valebit q̃uis non fuerit dictũ de litis pendẽ. ¶ Nec eſt mirãdũ de hoc quia cum cõmiſſio limitata ſit ad certã cauſaz limitatũ debet parere effectũ: vt. l. in agris. ff. de acqui. rerũ do. gloſ. in. c. cum ordinem. ſ. de reſcri. que ſingulariter voluit q̃ limitata cauſa priuilegĥ: facit priuilegium nõ poſſe trahi extra limites ſuos. Ad idẽ bonus text. in. l. edicta. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. ſta. vbi nauta tenetur q̃ recepit vt nauta. ſecus ſi vt amicus vel vicinus. ¶ Et propterea dicẽbat Bar. in. l. aut facta. §. i. ff. de pe. q̃ pena appoſita in inſtrumẽto pacis offendẽti me vel mihi adherẽtis: intelligitur de offenſa ex inimicitia tunc ſopita: ſecus ſi oriatur noua cauſa iniurie. Idẽ firmat bar. in diſputatione Lucane ciuitatis. primo dubio. et Ancha. in. c. nulli. de elec. lib. vi. & Abb. in. c. bone. el. i. co. ĥ. de ele. & in. c. i. de treug. & pa. col. ĥ. & in. c. quẽadmodũ. ſ. de iureiur. i. co. & multi alĥ quos refert Fely. in. d. c. cũ ordinem. co. viĥ. vbi ponit multa alia ſimilia. ¶ Limita quarto vt debeat fieri mẽtio de proceſſu priorũ iudicũ vbi pceſſus eſſet validus: ſecus ſi eſſet nullus ꝓm Andr. ficu. in. d. c. prudentiã. §. vi. co. ix. ſ. de offi. deleg. per text. in. d. c. tenor. ſ. de re iudi. vbi lata ſentẽtia in cauſa matrimoniali cõtra illã mulierem: illa impetravit literas ad alios iudices nõ facta mentione proceſſus facti coraz primis: & nihilominus valuerunt ille litere. & ratio eſt ꝓz doc. quia ibi pretẽdebatur illa ſentẽtia nulla. ¶ Et q̃uis Andr. ficu. nõ dicat pro eius dicto eſt text. ſing. in decre. noſtra. ꝓm intellectũ Hoſti. in ver. ydonee. quã approbat & cõmendat dominus Abb. nã hic ſententia conſulũ erat nulla quia obligabat iſtuz. h. paupe-rem ad preſtandum cautionẽ ydoneã. i. pignora vel fideiuſſores: qõ ipſi. h. erat impoſſibile: & ideo tanq̃ continens im-

23 poſſibile erat nulla. Quia † impoſſibiliũ nulla eſt obligatio vt regula impoſſibiliũ. ff. de reg. iur. & regula nemo poteſt. eo. titu. lib. vi. & l. ſi. C. Que ſententie ſine appella. reſcind. & c. odoardus. de ſol. Et ideo nõ fuit opus de ea mentionẽ facere. Jtẽ ex alia cauſa ſententia conſuluz fuit nulla: quia in ea dicebatur q̃ deberet dare ydoneã cautionem & ſic pignora vel fideiuſſores de dote reddẽda. dare autem talem cautionem: eſt prohibitũ a iure: vt. l. ĥ. C. ne fide. do. den. & ob hoc etiam fuit nulla. l. ſi expreſſim. C. quã prono. non eſt nec. & c.

Cartas de amparo.

Si pceſſus eſſet nullus.

Repetitio capituli per vestras

De lris nullis.

j. de re iudi. ¶ Facit ad ꝑdicta gl. in. c. ex tenore. de reseri. ⁊ in. c. in nostra. gl. j. ad fi. co. tit. ⁊ in. c. cum nostris. in versi. de facto. de cõcess. prebẽ. ⁊ in. c. suggestũ. in versi. posterius. ℨ. de iure pa. in reg. nõ ꝑstat. de reg. iur. lib. vj. que gl. dicũt valere secundas literas nõ faciẽtes mẽtionẽ de primis que erãt nulle. quas gl. ad hoc ꝓpositũ ꝛmendauit Abb. in ꝑsenti. iij. co. in fi. ⁊ in. c. oblate. col. ij. ℨ. de app. vbi est bonus ter. cõmendat etiam illas Ludo. cons. cccl xxiij. pe. co. inci.

Cõfirmatio Electio nulla. Snia nulla.

24 saluatoris inferens ex eis q̃ valet confirmatio electionis non facta mẽtione de ꝓuisione alteri nulliter facta. ¶ Ex hoc etiã dicebat Cald. titu. de reseri. cõsi. xiij. nõ cẽseri subrepticiam impetrationẽ alicuius dignitatis a papa factaz nõ facta mẽtione electionis ad dignitatẽ illã nulliter facte. ¶ Hinc est etiã q̃ valet reseriptũ ꝛmittẽs causam finitã ꝑ sententiam qñ sententia non tenuit: licet de ipsa nõ fit facta mentio: qz talis sentẽtia que nulla est: non ꝺz habere nomẽ sentẽtie: vt. l. iij. ℨ. ꝛdemnatũ. ⁊. l. fi cũ nulla. ff. de re iud. ita dixit Alex. cõsi. xcv. in fi. in. ij. vo. incipien. viñs processib⁹. ⁊ q̃uis ille nõ alleget. hic est tex. optim⁹ ꝑm intellectũ Hosti. de q̃. ℨ. ¶ Et per hoc datur notabilis limitatio ad ter. in. l. fina. C. vt lite penden. ⁊ qõ ibi no. Paulus de cast. vbi

25 dicitur q̃ non potest quis impetrare reseriptum vt retractetur sentẽtia que transiuit in rem iudicatam: immo ex sola supplicatione incurrit infamiã: ⁊ fic si ꝓduceretur in testem: posset sibi obij: q̃ non esset habilis: qõ est menti tenendũ ꝑz Pau. qz posset facere honorẽ si casus occurreret. cũ pauci sint qui aduertãt ⁊ sciãt de hoc excipere. istud eñ debet intelligi quãdo snia esset valida: secus si nulla per supradicta. An autẽ si impetratur a rege commissio super remissione sentẽtie que trãsiuit in rem iudicatã potest reuideri non obstãte lapsu rei iudicate. vid. Jaso. in. l. iustitia. de

Appellatio nulla.

26 iustitia ⁊ iu. ff. ¶ Existis infert q̃ litere impetrate post appellationẽ nulla pene valent quãuis de appellatiõe nõ fit facta mẽtio. ꝑm Bal. in. l. j. C. si cõtra ius vel vtili. publi. vnde si appellatio quouis modo non subsisteret vl esset deserta vel tacite vel expresse illi fuisset renũciatũ: valeret impetratio q̃uis de ea nulla fieret mentio. est de hoc tex. in. c. ex parte. ℨ. de reseri. ⁊ ibi glo. ij. ⁊ Joan. de imol. in vltima cartha ⁊ Philippus in. d. ca. oblate. pe. co. verfi. ij. limita ⁊ ibi prepositus in fin. idẽ dicit Philipp⁹ si esset casus in quo non posset appellari: valeret eñ impetratio nõ fa-

Impetratio nulla. Attentata post appel.

27 cta mẽtione de tali appellatione: qz ꝓtaciturnitas nõ vitiat reseriptũ in eo qõ si fuisset expressum fuisset eque concessuz vt dict. l. j. C. si contra ius vel vtil. pu. ⁊. c. super literis. ℨ. de reseri. vt ibi latius per Philippũ. ¶ Existis etiã infert q̃ si ego possideo vnũ beneficiũ: tu impetras illud nulliter a papa: qz forte nõ es capax ⁊ tacuisti deffectũ a processu executorũ ꝛtra me in fauorẽ tuũ ego appello: ecce q̃ cũ nul

Libell⁹ iualidus. Cõtestatio nulla.

lũ ius habeas ego appello ⁊ impetro postea a papa mihi denuo prouideri de illo bñficio. nõ expressi de appellatione valebit tñ impetratio: qz si papa expressissem q̃ nullum ius haberes ⁊ ꝓpterea appellaui ab executoribus: dedisset omnino easdẽ literas quas impetraui. arg. c. postulasti. ℨ. de reseri. ita tenẽt dñi de Rota decisi. cccx. in nouis alis est sub ti. de reseriptis. xxv. quã referũt ⁊ approbãt philippus. in. d. c. oblate. col. antepe. ver. j. limita. ⁊ ibi prepositus

Litis cõtestatio iualida. Perpetua impetratio.

a Adõ Felyn. i c. ex tenore. ℨ. co. v. regula. ⁊ ꝑ totã co. seq. ⁊ cl. vbi hoc cuz pluribꝰ filibus ꝛclusionibꝰ. refert Jaſ. i. l. more. ff. õ iurisdi. iu. io. ber.

28 si. co. ver. ista regula. ¶ Ex istis etiã infert q̃ cũ ꝓ attẽtata post appellationẽ sint nulla: non est necesse de eis mẽtionẽ facere in secundis literis: vt. ℨ. dictũ est in isto notabili versi. vnũ tamẽ non omitto. ¶ Ad ista bene facit text. ⁊ qõ ibi not. Bar. in. l. qui accusatus. ff. de adulteriis. vbi dicitur q̃

29 ꝓ libellus inualidus non interrũpit ꝑscriptionẽ. ¶ Facit ẽt glo. in. c. vt debitus. ℨ. de appel. ⁊ in. l. si pater. C. ne de stat. defunc. que dicunt q̃ litiscontestatio nulla vt est illa que fit corã non suo iudice: non inducit interruptionem prescriptionis. a ¶ Ad idem facit quod voluit Guillelm⁹ de cu

b Adõ Jaſ. i. l. more. ff. õ iuris. oi. iu. co. ij. v. z. ⁊ fel. i c. ex tenore. co. 3. ⁊. 4. vbi plura similia cumulat de reser. Joan. ber.

30 no in. l. cũ qui. in prin. ff. de consti. pe. vbi dicit q̃ litis ꝓcõtestatio inualida nõ obstat exceptioni dilatorie ⁊ ita q̃uis litis contestatio fit termin⁹ exclusiu⁹ dilatoriarũ. vt. c. pastoralis. ℨ. de excepti. cuz concordãtijs debet intelligi de litis contestatione valida. ¶ Ad idẽ facit quod no. gl. in. c. cuz plures. in verbo qui potes. de offi. deleg. lib. vj. que dicit q̃

31 ꝓ per actũ seu citationẽ nullã: non perpetratur iurisdictio quam glosſ. ad hoc cõmendat Abb. in. c. venerabili. ij. col. ℨ. de offi. deleg. ⁊ ibi Andreas sicu. vj. co. ⁊ Ludo. singula. crlix. incipit gl. ordinaria. pro qua glo. allego tex. in. c. proposuisti. ℨ. de foro compe. ibi a te legitime citatus: ⁊ fic vult

32 tex. q̃ ad hoc q̃ citatio habeat effectũ: ꝺ portet q̃ sit legitima ⁊ valida: ⁊ idẽ voluit glo. fin. iuncto tex. in. c. bone el secũdo. ℨ. de electio. et glosſ. fina. in. l. accusatoribus. C. de accu.

quã sequitur bal. in. c. quoniã contra. ℨ. de probat. vij. col. in prin. ⁊ in. c. in nomine dñi. iij. no. de testibus. not. archi. in. c. non ita. ij. q. vj. Ang. in. l. si quis postea. ff. de iudicijs. ex quibus omnibus ⁊ multis alijs que diligens indagator poterit reperire satis est roborata ista limitatio. ¶ Limita gnto istum tex. ⁊ predicta quãdo ille qui opponit exceptionez litis pen. stetit pro ea. secus si illaz impugnaret opponẽdo contra primum iudicẽ dicendo q̃ nõ erat eius iudex cõpetens: nã tunc valeret reseriptũ impetratũ ad secũdos iudices non facta mẽtione de litis pendẽtia. ita consuluit ancha. consi. xvj. incipiẽ. in christi viso processu. qz ex eo q̃ quis impugnat nõ debet commodũ consequi vt regula ex eo. de re. iur. libro. vj. cũ concor. ⁊ ibi per Dy. ⁊ per Barto. in. l. post legatũ. ff. de his quibus vt indig. in princi. ¶ Et ita ex quo ille qui opponit de subiectione litis pendẽtie eandem litez pendẽtem impugnabat: nõ ꝺz ex ea commodum ꝛsequi vt dicebat ancha. in. d. consi. qõ intelligit ipse verũ quãdo iam finita esset controuersia inter partes super dicta impugnatione. Secus si adhuc penderet. Nã tunc bene potuisset impugnans ea se iuuare. ar. l. que diximus in prin. ff. de excus. tute. vbi dicitur q̃ pendente appel. super excusatione tertie tutele si ille eligatur ad quartã: potest se excusare ex illa q̃ impugnat bene facit ad hoc quod not. voluit cõpostellan⁹ in. c. capitulũ. ℨ. de reseriptis. ⁊ sequitur ibi abb. in finali bꝰ verbis. vbi dicit q̃ ex eo qõ quis impugnat potest se funda

33 re pendẽte impugnatione. Ratio est ꝑm eos qz ꝓtenuẽt⁹ litis est dubi⁹: vt. l. qõ debetur. ff. de pecu. vnde si nõ posset se fundare ex materia impugnata: posset sequi q̃ si succũberet in impugnatione: grauaretur in duplũ seu dupliciter. Et ista est noua limitatio ad. d. regulã ex eo. scõm abba. vbi supra. Judex ergo dicerẽ quãdo lis esset finita super impugnatiõe primi iudicis in qua impugnãs succubuit. Nam tũc nihilo minus potuisset opponere de taciturnitate litis pendẽtie. ¶ Ad hoc moueor per illud qõ voluit bald. in. l. j. ij. co. in ver. quid dices. C. de falsa cau. adie. lega. vbi dicit testator confessus fuit recepisse a me mutuo centũ que mihi legauit egi ex mutuo: ⁊ qz nõ potui probare mutuũ naturale: succubui: licet possum postea agere ex legato. nec obstat q̃ primo visus fuerim tacite confiteri legatum non valere. vt. l. si creditori. de leg. j. ⁊. l. si petitor. ff. de libe. lega. qz dicendum q̃ licitum est mihi recedere ab illa tacita cõfessione ꝓpter illam contrariã sentẽtiã. vt no. Jnnoc. in. c. mulieri. ℨ. de iureiur. qõ est notandũ scõm Bal. vbi. ℨ. Sic ergo dicamus in casu nostro. ¶ Ad idem facit q̃ notanter voluit Bart. in. d. l. post legatũ. iij. col. ver. certe vltimũ dictũ. ff. de his quib⁹ vt indig. vbi dixit q̃ ex eo qõ quis impugnat si succuburit in impugnatiõe: põt se fundare. ar. l. aurelius. ij. fi. de libe. lega. nec obstat scõm eũ. l. papinianus. ij. meminisse. ff.

34 de inoffi. test. dũ dicit q̃ ille qui impugnat instrumentum de falso: si perfistit, vsq; ad sententiam: perdit cõmoduz qõ habitur⁹ erat ex testamento: qz illud est ꝑtinẽtibus ad vltimas volũtates. vt ibi latius per Bar. quẽ videas. Vide etiã per alexã. in. l. qui rome. ij. seya. ff. de ver. obl. ¶ Reperio tñ q̃. d. An. in. c. cũ olim. de cenſib⁹. x. co. ver. forte dictũ bar. videt sentire contrariũ. dum impugnat dictũ bar. õ quo supra dicẽs q̃ fi agerem⁹ ne pena indignitatis: seu de priuatiõe cõmodi instrumẽti propter indignitatẽ ⁊ fic de mera pena in odiũ impugnãtis: tũc bart. diceret verũ qõ tex. in. d. ij. meminisse imponẽs penã indignitatis: procedit solũ in casu suo. ꝑz hoc est alia causa priuandi quã causa cõmodi instrumenti. ⁊ agit necdũ de odio impugnãtis: sed etiã de cõmodo illius cõtra quez facta est impugnatio. cuj⁹ respectu ista ipugnatio iducit tacitã renũciationem vt est casus in dict. c. cum olim. Si ergo perfistit in reprobando instrumentum vsq; ad sententiam: et succubuit: videtur renunciare commodo instrumenti: que renunciatio etiam in diuersa instantia debet sibi nocere. quapro pter dicit. d. Ant. posse dici prima facie q̃ si variatur instãtia inter alias personas: iste possit vti hoc istrumẽto: qz renunciatio facta absente parte: non preiudicat adeo vt i alia instantia non possit inter easdem personas vti instrumẽto impugnato. secundũ Anto. vbi. ℨ. ¶ Ego tamen crederez dictum Bar. ⁊ ea que supra dixi fore vera. s. q̃ si impugnãs succubuit i impugnatiõe: poterit se iuuare ⁊ fundare ex eo q̃ prius impugnauit. ¶ Primo per ea que postea subdit do. Anto. in. d. c. cum olim. dum dicit q̃ ille qui impugnat instrumentum. videtur renunciare vsui instrumenti respectu illius instantie. quia iste tacite renunciationes nunq̃z referuntur ad aliam instantiam: sed ad illam tantum. et dicit boc esse no. dictum Jnno. in. c. cum veniſſent in fi. ℨ. de test.

Qñis q̃ opponit exceptionẽ litis pendẽtie eã impugnauerat.

Impugnãs succubuit.

Determinatio.

ista autem

Cōsuetudo nō extēdit. Abb. fel. i. c. cū ex iuncto. de here. i fi. Bal. p eū in c. auditis. ō pscr. co. vij. ij. Consuetudo. vide Balb. i trac. de pscri. i. ij. pte principali i vj. ⁊. vij. col. Jo. ber.

Installatio Visitatio.

Excōicatio.

Empbitheosis.

Cōsensus tacit⁹ i vno actu nō extēdit ad aliū.

Cōparatio in loco non tuto.

Limitatio ad ca. gratū.

Si mētio processus nil eēt impeditura.

ista aūt ratio ita cōcludit inter easdē personas: sicut inter diuersas. Et ita videt ꝙ ista tacita renunciatio que resultat ex ista impugnatione litis pen. vel instrumēti vel rescripti: non se extēdit ad aliā instantiā: etiā inter easdem personas. ¶ Bene facit ad hoc qō in simili no. Abb. post Lar. in c. post trāslationē. s. de officio lega. vbi dicit ꝙ †consuetudo nō extēditur de vno casu ad aliū. [a] ¶ Ex quo dicebat Inn. in. c. in literis. s. de resti. spo. quē refert ⁊ sequitur Abb. in. c. cū venissent. pe. co. tit. ꝙ si cōsuetudo est ꝙ p installationē factā in certa sede acquirat quasi possessio iurium episcopalis: vel archidyaconalis vel alterius dignitatis: si installatio fiat in alia sede quā deputata per consuetudinē nō trāsfert possessio. qō dictū est bene notandū ſm Abba. vbi supra. ⁊ ego als vidi i practica. ¶ Ex hoc etiā dicebat Jo. de lin. in. c. cū olim. de prescrip. ⁊ sequit ibi Anch. ꝙ si aliquis ex cōsuetudine prescripsit ius visitandi per seipsum: non poterit postea visitare per vicariū suuz. ¶ Et propterea dicit Inno. in. c. dilecto. s. de offi. archidiac. ꝙ †prescripta potestate absoluēdi nō videt prescripta potestas excōicandi. ad qō bene facit tex. in. d. c. olim de prescriptio. per quē dicit ibi Abb. ꝙ prescripta potestate excommunicandi non videt prescripta potestas absoluendi. ⁊ tu xta hoc vide And. sicu. in. d. c. ꝙ trāslationē. xix. col. ¶ Bene facit ad predicta ꝙ voluit Bar. in aut. qui rē in fi. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit ꝙ si res eccīe est consueta dari in emphitheosim vsqꝫ ad tertiam generationē masculinaz et femininā. vel consuevit dari in emphitheosim tpalē: ⁊ cōcessit in ppetuam. talis cōtractus nō valet: qz consuetudo non extendit vltra id qō agitur. vt. l. j. ſ. 3. ff. de iti. actuqꝫ p ua. ¶ Et potest esse ratio qz cōsuetudo habet consensum tacitū: vt. l. de quibus. ff. de legibus. tenet Abb. in. c. finali. j. co. v. nota. Consensus aūt tacitus in vno actu: non extenditur ad alium actum. vt est gl. aurea. in clemen. sepe. prope finem. in verbo partibus in fine. de verbo. signific. q̄ dicit ꝙ

37 fit† de tacito ꝙsensu partiuz in causa summaria iudex cepit seruare ordinē iudiciarium quamuis act⁹ quos fecit valeāt: quo ad alios tamen actus poterunt contradicere quia licz sibi preiudicauerint quo ad aliquos actus: non tamen quo ad aliquos id facere tenentur. quam glo. multū commēdat

38 ibi Abb. in recollectis. fi. col. inferens ex ea ꝙ fit† vno actu quis comparuit ad locum non tutū. nō sequit quin in alios possit locū illū declinare. per illā glo. de qua etiā facit solēne festū idē Abb. in. c. fi quis contra clericū. xiij. col. ver. sed circa predicta. supra de foro cōpe. ⁊ in. c. qñ contra falsaz. fi. co. s. de probati. ⁊ in. c. presentiū. iij. co. de testib⁹. ¶ Dau. de cast. cōsi. xxv. v. co. dicēs per illā ꝙ actus seu voluntas tacitus vel tacita. non sic late sunt interpretandi vel extēdēdi. sicut expressi. ita ergo in casu nostro: quamuis illa tacita renunciatio que resultat ex impugnatione litis pen. noceat quo ad illam instantiam: non tñ nocebit quo ad aliam que de, nouo inchoatur etiam inter easdē personas. Et ita bene poterit impugnās qui succubuit se iuuare ex illa litispendētia quam prius impugnauit ex quo in dicta impugnatiōe succubuit. ¶ Itē ista tacita renūciatio super qua se fundat

39 dñs Anton⁹: nō† potest plus operari q̄ vna expressa cōb fessio. ⁊ hoc nemo negabit. Sed certo cōfessio b exp̄sse facta etiā parte presente nō tamen acceptāte. non nocet: ergo nec ista tacita renunciatio: que nō fuit ab aliquo acceptata. immo potius impugnata. ⁊ ꝙ in confessione vltra p̄sentiā requiratur acceptatio: no. late Saly. in. l. generaliter in. vj. q. C. de nō nume. pecu. vbi refert se septus consuluisse ⁊ ita tenuisse Ricar. de saly. ⁊ probat per. l. fin. ff. de interro. actio. dicitur enim confessio quasi simul fassio qz vterqꝫ debet loqui: tam ille qui confitetur: q̄ ille qui cōfessionē acceptatur idez tenet Saly. in. l. vnica. xv. opp. C. de cōfessis. ⁊ in. l. iubemus. C. de libera. cau. dicēs. non sufficere ꝙ testes dicāt cōfessionē esse factā parte presente nisi dicant ⁊ ea instante et

c petētē ⁊ cōfessionē acceptante. ¶ Hec p̄dictis obstat tex. ⁊ qō ibi voluit Abb. inno. in. c. fin. s. de successio. ab intesta. vbi ponderatur sola presentia partis in cuius fauorē emanuit confessio: quoniā ad illum tex. potest responderi altero de quatuor modis: quos in alio proposito ponit Saly. in. l. in bonefidei. xvj. co. versi. vj. exemplum. C. de rebus creditis. vbi inter alia dicit ꝙ ibi confessio facta fuit ad instātiam Abba. ¶ Vel loquitur in cōfessiōe facta in extremis vite ob causam mortis separatā ideo maioris est efficacie: qz tūc nō creditur ob aliā causam sic fateri. ¶ Et sic dicetes ista p̄cedūt in confessiōe extraiudiciali. Sed in iudiciali

41 iudex† supplet vicē partis absentis: vt p Anto. in. c. fin. de cōfessis. vij. co. in ver. requiritur quinto. ⁊ ibi Abb. vij. co. post Jo. an. titu. de cōfessis. ſ. sequitur. ver. vij. in additionibus ad speculū potest responderi ꝙ quemadmodū in ꝙfessiōe extraiudiciali requiritur presentia ⁊ acceptatio partis sic in iudiciali: vt videtur velle saly. in. d. l. generaliter. v. sed dñs ⁊ patruus me⁹: idē sentit ille i. d. l. iubem⁹. C. de lib. cau. dū dicit cautelā esse ꝙ qñ qs ꝙfiteā pte pñte scribat in actis parte pñte ⁊ acceptāte ⁊ sic videt loqui in ꝙfessione iudiciali tantum. qz saly. in. d. l. generaliter. primo videtur ponere aliquid speciale in cōfessione iudiciali ideo nō est credendū ꝙ referendo opinionē ricardi: voluerit recedere ab illa specialitate. ⁊ ideo nō videtur ista bona respōsio. ¶ Unde potest aliter respōderi ꝙ illud qō dicitur in cōfessione iudiciali: iudex supplet vicē partis absentis: intelligatur in confessione expressa. secus in tacita. de qua noster est sermo: q non debet ita late extendi nec interpretari: sicut expressa vt. s. dictum est. ¶ Vel aliter potest dici ꝙ licet iudex suppleat vicem partis absentis: nō tamen partis acceptātis. vnde est necessarium qō iudex ostendat se velle recipere confessionē noie partis absentis ⁊ ei acquirere. vt expresse voluit saly. c. in. d. l. generaliter. vj. qō. Ista aūt acceptatio in casu nostro non fit per iudicē nec per partē: ergo non habet nocere tacite confitenti impugnādo dictā litis pen. ¶ Presertim cuz ista impugnatio ⁊ tacita renūciatio: nunqꝫ fuerit approbata ab aduersario: immo potius cōtradicta replicādo super validitate prioꝛ iudicū: ⁊ super hoc obtinuit ad hoc qō no. bal. in. l. ij. no. ij. C. de repudi. heredi. vbi per illū tex. dicit ꝙ

41 qui nō †acceptat verba aduersarij: nō potest se ex eis fundare. Et idē si dissimulat. secundū eū qō dicit bene notanduz. ¶ Ad idē facit illa glo. singularis in. c. cum venissent. in ij. cōrā eo. s. de eo qui mitti. in posse. causa rei seru. que probat

42 ꝙ †actus gestus per partē in iudicio: nūqꝫ nocet: si nō fuit ab alia parte acceptatus: sed impugnatus. vnde dicit ꝙ cō

43 parens †cōrā iudice a quo appellauit. ⁊ faciēs aliquē actuz cōrā eo: nō per hoc videtur appellationi renunciare ex quo ille actus nō fuit per aduersariū acceptatus: quā gl. multū commēdat ibi abb. in. ij. co. ⁊ in. c. gratū. ij. co. s. de offi. dele. et consi. ij. fi. col. in. j. vo. ⁊ Lodo. in singulari. clj. incipit appellans. ⁊ in singulari. dccxcv. incipit regula est. Et per hoc datur singularis limitatio ad. d. c. gratū. ⁊ ad. c. sollicitudinem de appel. ⁊ ad alia iura que dicūt ꝙ per actū contrariū renūciat quis appe. vt intelligātur quomodo ille actus fuit acceptatus per aduersariū. alias limitationes ponit lodo. in. d. singulari. dccxcv. quas per te videas. ¶ Que quidez acceptatio debet fieri in specie. vt elegāter voluit Bal. in. l. cum preciū. C. de lib. cau. de quo facit magnū festū angelus de are. in ru. de excep. inst. xlj. co. ver. vj. est videdū. nec sufficeret ſm eū acceptare in genere dicēdo: accepto i parte vel partibus pro me facientibus qō est menti tenendū ad intellectū ⁊ limitationē predictoꝛū. ad qō bene facit in simili gl. no. in. l. j. ſ. editiones de edendo. que dicit nō prodesse ei qui producit instrumentū si dicat quatenus facit pro me ⁊c. Ex quibus omnib⁹ ꝙcluditur ista limitatio ꝙ licet quis a principio impugnauerit litispen. in qua succubuit poterit contra rescriptum opponere de taciturnitate litis pendentie. ¶ Dubitauimus sexto limitare istū tex. ⁊ predicta vt in secunda cōmissione debeat fieri mētio de processu ⁊c. nisi quādo mentio processus vel app. nihil esset impeditura. vt puta si impetraui vt in curia ꝙmitteretur alicui auditori oīs causa quā ꝙtra te habeo vel habere intendo ex tali vel tali causa: cum potestate citādi in curia ⁊ partibus quamuis aliter de processu cause in qua appellaui mentionē non faciā: virtute istius cōmissionis potero cōrā tali auditore causam appel. prosequi. quia ex quo causa appellationis veniebat in curia tractanda: nullū preiudiciū fit appellationi. ideo si de ea tacetur: nō vitiatur cōmissio. ista est no. decisio dñoruz de rota in nouis. cccliij. incipit itē si cōmittitur. quā referunt ⁊ sequūtur philippus ⁊ prepositus in. d. c. oblate ad fi. s. de appel. Et hec sufficiant quo ad istud notabile: quāuis multa alia breuitatis causa omittantur.

[a] Adde Jas. no. l. l. error. co. ij. C. ō iu. ⁊ fac. ignor. vbi refert plura ꝙfilia Aler. i qbo hoc sequit ⁊ corroborat hoc triplici simili. Joā. ber.

[b] Adō optime p Jas. in. l. error. col. ij. C. de iuris ⁊ fact. ignorā. Joan. ber.

1 Consuetudo ꝙ marit⁹ det fideiussorē p restituēda dote ex cā legitima an valeat.
2 Consuetudo semel a iure damnata an possit iterum introduci.
3 Ex varietate temporum variantur statuta ⁊ cōsuetudines.
4 Pro dote cōseruanda ⁊ restituenda an possint fideiussores interuenire.
5 Exigere est ab inuito extorquere.
6 Tutor testamentarius nō tenetur satisdare: si tñ satisdat tenet satisdatio.

7 Pactum legis cōmissorie est reprobatū in pignoribus.
8 Rubrica an et qñ possit allegari pro lege.
9 Uxor si petat dotē a marito vergēte ad inopiā si ille p̄stet fideiussores vel aliā cautionē idoneā de dote cōseruanda et restituēda evitabit restitutionē dotis.
10 Fideiussores possunt interuenire quando dans dotē est extraneus.
11 Curator qui non gessit potest petere q̄ gerēs prius quenia tur suo periculo.
12 Juramentum qñ p̄t seruari sine interitu salutis eterne seruandum est.
13 Pignora an possint interuenire pro dote.
14 Pro dote cōseruanda vel restituenda ex parte viri vel soceri non possunt fideiussores interuenire.

Quinto cū dicit text. man

damus quatenus dotē assignari faciatis sub ea quā potest cautione prestare. Dicūt Tācredus et Uincēti⁹ q̄ iste text. p̄cedit ex consuetudine loci que habebat q̄ si maritus vergebat ad inopiā: debebat dare fideiussores vel pignus p dote restituēda. Et certe hoc bene apparet ex antiqua que dicit q̄ tā cōsules q̄ iudices delegati pronūciauerūt teneri p̄ terre cōsuetudinē. et iste intellect⁹ ver⁹ est in se stante causa legitima prout in casu nostro stabat. s. inopia viri. Et
1 ex hoc infertur q̄ valet cōsuetudo q̄ maritus prestet fideiussorem p dote restituēda stāte causa legitima. Et ita quā uis ante hanc decretalē damnata fuit consuetudo que habebat q̄ p dote restituenda darentur fideiussores: vt. l. j. C. ne fi. iu. do. den. sed nihilominus tolleratur cōsuetudo post ea introducta. Et p̄ istum intellectum habes hic text. valde singularē pro glo. que ab omnibus not. reputatur. i cle. statutū in versi. consuetudine de electio. que voluit q̄ consuetudo semel a iure damnata: potest iterum introduci: idē voluit Cy. in. l. dudū. C. de contrahē. emp. fuit de mente Bar. in. l. cūctos populos. C. de summa trin. et fid. catho. vñ. co. circa intellectū. l. fi. C. de test. et etiā sensit i. l. de quib⁹. ff. de legibus in lectura antiqua. et in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iu. in. iñ. q. principali est tex. in. c. cōstitutus. ē. de i integ. resti. iuncta. d. l. dudū. C. de cōtraben. emp. nam cōsuetudo que reprobatur per. d. l. dubiū postea fuit introducta et approbata per. d. c. constitutus. de quo tamen quia nō est p̄sentis speculationis dicēdū vt per doctores in locis supra allegatis. et per Abb. in. c. fi. in fi. ē. de consuetu. et in. c. ñ. de prob. et ibi Frāciscus de aretio. xiiñ. co. per glo. in versic. expresse. in. c. j. de cōsti. li. vj. et ibi docto. p Bal. nouellum. in tracta. de dote. vj. parte. xxj. priuilegio. co. antepe. qui dicit hoc debere intelligi quando lex expresse derogat consuetudini p̄terite p̄pter aliquā irrationabilitatē quā tūc temporis cōtinebat que tamen postea nō durauit: et tūc potest noua consuetudo introduci: secus tamen si durabat vel habebat perpetuam causam: et tunc non potest introduci secundum Bal. in. d. l. dudum. C. de contraben. empt. et in autentico. omnes peregrini. C. cōmunia. de succes sio. Uide bonum tex. in. c. q̄q̄. §. volentes de censib⁹. li. vj. vbi reprobatur consuetudo antea introducta: de quo feci mentionez in. §. qō ante. de pen. et remiss. in versi. sequitur in tex. et. in meis recollectis. Idem si lex expresse derogaret p̄terite consuetudini et etiam future vel simpliciter non faciendo p̄terita vel futura dicendo non obstante aliqua consuetudine in contrarium: nam tunc indistincte etiaz futura cōsuetudo videtur damnata p id qō habet. in. l. si seruitus. ff. de seruit. rustic. predio. maxime q̄ istud est de natura legis vt ad futura trahatur. vt. l. leges. C. de legibus. et cap. ñ. et fi. ē. de cōnst. Hoc tamē ipse limitat nisi consuetudo de nouo introducta sit ex noua causa a principio non cogitata propter varietatem tēporis vel ex p̄terita que erat verisimiliter non cognita ipsi legumlatori. arg. l. si hominez. ff. mandata. et qō ibi no. Bal. et i. §. quibus. in probemio. C. quia secū
3 dum varietatem tempozū: statuta variantur. vt cap. nō debet. ē. de cōsanguin. et affi. et. l. j. in prin. C. de cad. tollend. qō etiā voluit Abb. in. d. c. ñ. ē. de prob. vnde si dispositio. l. fi. C. de testa. traberet ad futuras consuetudines cōtrarias eas abolēdo: tamē si postea emanaret consuetudo q̄ tēpore pestis valeret testamentū cum quinq̄ testibus vel forte minori numero: valeret talis cōsuetudo: et eadē ratione statutū: qz introducit ex iusta rōnabili cā verisimiliter tunc nō cogitata per principez ex quo hodie videmus q̄ oēs pestē fugiūt et hoiem pestifero morbo cōfectum euitāt. Iz cōsanguinei sint vel affines vbi olī nō ita refrigescebat charitas in sic fugiendo maxime apud consanguineos. Et quod plus est potest attentari secundū eū q̄ hoc procedat etiā si lex abbrogaret expresse future cōsuetudini. qz ad nouaz causam habentē rationabilem prouisionē nouiter factā se non extendit talis clausula generalis derogatoria de qua si fuisset cogitatum: nō sic generaliter fuisset derogatū. arg. d. l. si hominē. et quia intelligitur rebus sic se habentib⁹ et stantib⁹ vt. l. quod seruus. ff. de condit. ob causam. et. l. si cū cornelius et qō ibi per bar. ff. de solu. Ad cuius cōfirmationē possunt adduci multa que cumulat felyn. in. c. j. in. vñ. fallentia. ē. de consti. ornādo dictā. l. si hominē. Ex predictis redeūdo
4 ad propositū habem⁹ vnū casum singularē in quo p̄ dote cōseruanda et restituēda possunt fideiussores interuenire s. quādo hoc habet cōsuetudo. et hec est communis opinio. Contra quam insurgit Bald. nouellus: vbi supra dicēs q̄ talis consuetudo nō potest introduci: quia ex quo per legem fuit simpliciter cōsuetudo reprobata non solū intelligitur p̄terita: sed etiā futura per ea que supradicta sunt. p̄sertim cū in reprobatione cōsuetudinis: fuerit expressa ratio improbationis. s. vt euitetur perfidia inter coniuges propter quā rationem videtur se mouisse imperator in. d. l. j. et ñ. C. ne fideiu. do. den. ad reprobandū di. consuetudinē contrariam. Hoc tamen ipse temperat quando cōsuetudo artaret virū vel socerū ad fideiussionē p̄ro dote conseruāda vel restituenda. cum tūc subsit causa perfidie. Si autem nō artaret sed simpliciter permitteret talē fideiussionē: valeret dicta consuetudo quia videtur cessare ratio perfidie super qua se fundat dicta prohibitio. l. j. dū p̄supponis q̄ cōsuetudo loquebatur p̄ceptiue videlicet q̄ vir exhibeat fideiussorem mulieri. et hec opinio videtur satis equa et fauorabilis mulieribus et dotibus: et ideo tenēda per id qō habetur in. l. in ambiguis. ff. de reg. iu. cum concordantiis. et hoc modo dicit q̄ procedere pōt opinio tancredi et vincētiī hic et sic quieuit baldus nouellus. Potuisset ille hoc confirmare auctoritate illorum qui tenent etiā cessante consuetudine p̄dicta posse interuenire fideiussorez p̄ro dote conseruanda et restituenda qñ maritus spōte illum p̄stat: qz hoc casu cessat ratio perfidie: vt colligit ex. d. l. j. et. ñ. dum prohi
5 bent dictam cautionem exigi. Exigere taūt est ab inuito extorquere vt est tex. cū glo. in. l. fideicōmissa. §. fi rem. de lega. iñ. glo. in. l. non solū in prin. ff. so. ma. et in. l. iñ. §. exigerit. C. de interdictis. et in. c. statutū. §. insuper. v̄. receperit de rescriptis. li. vj. et in. c. ñ. v̄. exigere de cēsib⁹. eo. li. et in cle. j. in ver. debitas. de decimis. cum multis similibus. innuit ergo tex. in. d. l. ñ. q̄ si fideiussio non exigat: sed spōte p̄stet: bene valet. ita voluerunt aliqui doctores antiqui quos refert innocen. in p̄senti super ver. faciatis. et approbat collectari⁹. et cardi. in. vñ. oppo. idē tenuit Jaco. de ra. et cy. in. d. l. ñ. Joā. and. in addi. ad spe. tit. de dote post diuor. resti. §. j. pe. co. in additione incipiente ita notatur. Iodou. in. l. j. ff. solu. matri.
Bene facit in ar. tex. in. §. sed si ex testamento. insti. de satisda. tu. vbi dicit q̄ licet tutor testamētarius nō teneatur
6 satisdare: si tamen satisdedit tenet satisdatio. Ad idē facit illud mirabile dictū bal. in. c. j. ñ. co. de feudo da. in vim
7 legis cōmisso. vbi dicit q̄ licet pactū legis cōmissorie fit reprobatum in pignoribus vt. l. j. et iñ. C. de pactis pigno. et. c. significante. ē. de pigno. si tamen fiat rogatu debitoris et eius gratia: non voragine creditoris bene valet: sic ergo dicam⁹ in casu nostro. vt licet fideiussor p̄ro dote conseruanda et restituenda nō possit interuenire: si tamen spōte p̄stetur bñ teneat. hanc opinionē nouissime tenet bal. nouellus in dicto suo tractatu de dote. vj. parte. xxj. priuilegio. versic. quarto limita quam dicit in pūcto iuris veriorē per nōnulla fundamenta que videas per te. Si ergo valet fideiussio sponte p̄stita: non stante consuetudine super hoc: multo fortius valere debet quando stat consuetudo. cum tūc duplici firmet vinculo scilicet iuris validitate et cōsuetudinis permissione. arc. j. supra. de treuga et pace. Fateor tamē q̄ glo. in. d. l. j. et Barto. Saly. et communiter omnes. in. l. ñ. eo. titu. et in. d. l. vbi adhuc. tenēt opinionē contrariā. Immo q̄ etiā si sponte dentur fideiussores: non valet fideiussio: nec potest illi p̄hibitioni renunciari cum sit negatiua p̄ro qua opinione faciunt verba illius ru. que sunt magis generalia q̄ fit nigrū. qz in nigro ponitur verbum exigi. et in rubro generaliter ne fideiussores dotium dentur. non dicit exigantur. quādo aūt
8 rubrica est generalior nigro: possumus et debemus arguere ab ipsa rubrica generalius loquente vt per gl. in rubrica et i. l. j. C. si ob chyrographariā pecuniā et i. l. vnica. C. de capitatione ciuiū eximēda. li. xj. et in auc. de incestis nu. in p̄n. colla. ñ. in auc. vt facte noue q̄sti. §. j. super verbo. hmōi. Unde cum tex.

Lōsuetudo semel a iure dānata pōt iterū introduci.

Si derogat future q̄suetudini vl̄ simpliciter. Cōsuetudo ex noua cā introducipōt.

1. Notabi. Qñ fideiussor iteruenit pro dote.

Si reprobatio q̄suetudinis haberet p̄petuā cāz.

Exigere.

Opinio cōtraria.

Qñ cōsuetudo p̄mittet q̄ iteruenīat fideiussor p dote.

Pactum legis commissorie.

Opi. Bal.

Rubrica p̄t allegari.

Rubrica declarat ter.

cum ter. in l. ℌ. sit dubius in intellectu dꝫ intelligi ꝑm rubricam sub qua est situatus. vt voluit glos. in c. tibi qui. de rescrip. li. vj. & in c. si super gratia. de offi. deleg. de eo. li. cum multis similibus. ¶ Presertim cū illa rubrica habeat oēm pfectā: & p ꝫns inducat dispositionē ꝑm ea q̄ notāt Bart. & doctores in rubri. ff. si cer. pe. & in l. j. eo. tit. imo. in rub. ff. de verborum. Abb. in ꝓhemio gregoriano. fi. co. bene facit ad hoc glo. no. in rub. ff. si quis testa. li. iust. esse fuerit. qui dicit q̄ oēs rubrice legū & statutoꝝ cōsonātes tertui: possunt allegari pro textu. Ad idē facit q̄ voluit Bal. in rubrica. C. an seruus ex facto suo. vbi dicit q̄ q̄ rubrica incipit p vt: vel per ne: decidit & habet vim ter. & pōt allegari ꝑ textu. ita ergo videt dicēdū in proposito nostro: q̄ cū illa rubrica incipiat per ne: & contineat orationē perfectā: videtur prohibere interuenire fideiussores pro dote conseruanda & restituenda: necdū q̄ndo dantur a marito inuito: sed etiā si ab eo volēte. banc opi. sequitur Alexan. de imol. in. d. l. si

Opio gl. est sequenda.

constante. ℌ. quotiens. iℌ. col. ver. tertio limita. ff. solu. ma. & Jo. de imol. in. c. cū contingat. ℌ. de iureiur. in repeti. char. xlvj. ℌ. co. dicens istā fore cōem opinionem. & campetius in suo tractatu de dote. iℌ. parte. q. clxxvj. Et satis videt hoc casu militare ratio pt fidie: qꝫ vxor acceptando fideiussionem: satis videtur non confidere de marito. & per hoc tolli tur motiuum doctorum tenentium contrarium. ¶ Et ista

Cautio.

opinio videtur mihi tutior saltē propter auctoritatē gl. cuius opinio in dubio est sequenda. vt voluit Jaco. de bu. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. Bal. in l. cū hereditas. C. depo. et in l. precibus. C. de impu. & alīs substi. & in l. fi. ℌ. necessitatem. C. de bo. que libe. & in multis alīs locis. vnde dicebat Cy. in l. j. C. de act. & obli. q̄ glo. est iuris idolū. in iudicādo ergo & consulendo ab ista opinione non esset aliquo modo recedendū. Et per ista fit expeditus intellectus tancredi et vincentiℌ: qui ꝫ verus sit in se: tñ multum restringit istum ter. ¶ Quapropter Jo. an. dicebat q̄ cautio de qua loquitur ista decretalis: nō erat fideiussoria vel pignoratiua sed simpler. s. iuratoria: qō prima consideratione videtur colligi ex ter. q̄ tam iudices delegati: q̄ ℞o. pō. vtunt isto verbo cautio simpliciter: q̄ intelligitur de simplici & iuratoria. vt. l. sancimus. C. de ver. sig. & q̄uis ille nō dicat hoc tenuit

Q̄ maritꝰ vergit ad inopiam.

host. in sum. ti. de dote post diuortium restituēda. ℌ. & quādo cōpetat. ver. sed hoc tñ. in fi. ¶ Sed reuera iste intellectus non pōt stare. nam si papa intellexisset de cautione iuratoria: ad quid esset opꝰ dicere sub ea cautione q̄ prestare pōt. cum iuratoriaꝫ quilibet q̄uis pauperrimus possit prestare: voluit ergo dicere ℞o. pō. q̄ si posset prestare pignora vel fideiussores: de illa intelligeretur. & in defectū p̄ stare tur iuratoria. istud fuit de mente Innoc. in presenti. & placet dño car. & Abb. ¶ Ex quo resultat alius & tertius casus in quo pro dote conseruanda & restituenda possunt

Lex regni.

interuenire fideiussores. s. propter vergentiam ad inopiā vel ꝓpter supueniētē suspitionē inopie vel dilapidationis. vt est hic ter. valde sing. ꝑm prefatos doctores. & ꝑm Bar. in. d. l. cōstante. ℌ. quotiens. iℌ. co. ff. so. ma. quē sequūtur ibi Bal. & imo. in prin. illiꝰ. l. Jdē tenet Cy. in. d. l. vbi adhuc. in. iℌ. oppo. & cāpetius in trac. ō dote. iiℌ. parte. q. clxxviiℌ. & ista ē cōis cōclusio: quā approbauit lex regni. iiℌ. parti. ti. xj. l. xxix. que dicit q̄ marito vergente ad inopiā: vxor pōt ab eo dotē petere: vel q̄ sibi prestet securitatē q̄ eā nō alie

Q̄ dans dotez est extraneus pñt 9 interuenire fideiussores.

nabit. ¶ Ex quo inferꝫ q̄ si vxor petat dotez a marito ad inopiā vergente: si ille prestet fideiussores vel aliā cautionem idoneā de dote conseruanda & restituēda: euitabit dotis restitutionē. vt est hic ter. ꝑm vnū intellectū. de quo dic vt dixi. ℌ. in ratione dubitādi & decidendi. in. iℌ. intellectu.

Pactū legis cōmissorie.

¶ Quartus casus est q̄ extraneus qui dotem dedit: stipulatus est eam sibi reddi: peteret fideiussores a marito de

